Expositio misteriorũ misse Christi passionem devotissime figurãtium. metrice atq prosaice posita Et vetus modus rite celebrãdi. cunctis celebrantibus. et Missam fructuose audire cupientibus. perqm̃ vtilis.

Huc huc quisquis ades quem christi stigmata pungunt
Alta sacerdotis noscere misteria
Quid ve habeant meriti misse solennia: amictus
Quid varius signet: candide lector habes.

Prologus prefatorum.

SUperioribus diebus. C. F. maximis votis atque desiderijs scire preoptastis. quidnam tot sacre misse signa. quid tāta et ꝓfunda ceremonialia. quid denique varius sacrarū vestiū ornatus circa eādem obseruatus significet quo paucis vtar verbis sequentia perlegite: relegendo. Itaque si horum intelligentiam obseruaueritis. ea otius cōsequimini. que iampridē studioso aīo noscere rogastis Nam cum sacre misse officium hoc ipsum apertissime ꝯstare videam⁹ per cuius gesta. signa atque sacras vestes. que cerimonialiter apud ipsum obseruantur. tota xp̄i vita. fructuosa eius operatio atque passio amarissima notatur figuratur. exprimit᷑. atque deuote perrimat᷑. benefaciētes. precipue qui inter vos sacerdotali fungātur offitio. vel fungi preseferunt. si omnem curā cogitationem. diligentiam libenter exposueritis. quo singula circa ipsum rite obseruanda notent᷑ intelligantur atque eopacto obseruētur. Turpe est causas tractanti ius in quo versatur ignorare. Cum enim tanti misteria officij sedulius perscrutentur. tantorum misteriorū gesta agnoscētur. et rationes sacrarū vestium. aliorumque cerimonialiuz obseruationes fida inuestigatione habētur. Non est homo. cuius animus. lacrimosa deuotio. tociusque desiderij affectus in deum et christum eius non rapiatur. Turpes profecto sunt hoīes isti. omnique derisione digni. qui sese his et diuinis et altissimis presumūt immiscere officijs. penit⁹ ignorādo quid sibi volūt ista. vtique huiusmodi indocti. tales videlicet q̃ sunt sicut equ⁹ et mulus in quibus non est intellect⁹. ps. xxxi. Ex singulis rationabil᷑r veniūt deridendi. veluti mōstrum natureque ꝓdigiū manibus. digit᷑. ceterisque inditijs. prudenter demōstrandi. qui potius folia habere procurāt. q̄ꝫ arboris suauissimos fructus. qui rerum signa faciunt. et operantur. eatundem vero significata scire minime aduertūt. Si simea mores hominum gestaque animaduertēdo quorū causas rationesque penit⁹ ignorat. operari perficere conatur. risum facit cūctisque

aspiciētibꝰ. vt sic. in spectaculum ponitur Quis iniuste hos
simeales homines abhominatur: qui rationem habentes e t
sacerdotale ad officiū mancipati. causas tanti officij. tātorū
qꝫ signoꝝ rationabilr̄ institutoꝝ penitꝰ ignorāt. de quorū ignorā
tia vel in nouissimo die ratione reddituri sunt. vt inqt. Wil
helmus cluniacensis. Cui tandem mirum esse videtur. si nō
modo sacerdotes dei altissimi. quoꝝ interest hoc sacrifitiuꝫ
laudis. oblationem deo acceptam. immo ⁊ gratissimam. in
hoc offitio offerre. verum etiam adolescentes: iuuenes siue a
dulti. ad hanc dignitatem perueniendi preseferentes. ad au
diendum et intelligendū. ea festine occurrere presumant. vbi
tota salus nostra cognoscitur. animꝰ intelligentis in dei amo
rem rapitur. et qd̄ amore degustatur. totum hoīs desideriuꝫ
atqꝫ intelligentiā in se ꝯuertere cōprobat. Sub hoc enim pa
nis edulio sumpto. omnia et intellectū illuminantia. et affe
ctum inflamantia. simul assumūtur. Si legimus in veteribꝰ
historijs (diuo hiero. referente) quosdaꝫ lustrasse ꝓuintias
nouos adisse populos maria transisse. vt eos quos ex libris
nouerant. coram quoqꝫ viderent. Sic pitagoras mēphiticos
vates. Sic plato egiptum et architantarētinū. eamqꝫ oram
italie. que quondam magna gretia dicebatur laboriosissime
peragrauit. non alia ex causa nisi vt aliena et curiosa absqꝫ sa
lutis profectu addiscerent. Cum ille diuus hieronimus inter
doctissimos haberetur. qui non mō et gentili et humana scia
preditus. verū etiam diuinis doctrinis profundissime instru
ctus Crebro tamen suis in dictis hunc sermonem sibi vsurpa
ri solebat. habet nescio quid latentis energie. viue vocis ac
tꝰ et in aures discipuli de auctoris ore transfusa fortius sonat
q̄ si cristi passio. vita. totaqꝫ eius actio. que secundū beatuꝫ
Gre. est nostra instructio. ex misterioꝝ signorūqꝫ sacre misse
noticia siue cognitione. apertissime habeat. quemadmoduꝫ
ex sequentibus clarius patebit. Quis non omnem conatum.
diligentiam. solicitudinemqꝫ. vt iterum atqꝫ iterū loquar. ad
audiendum ea que sequūtur. impendere velit. cum etiā sapiē

tissimoꝝ hominū exemplis et dictis, et alias ꝙ̄ plurimis ratio nibus demonstrauerim. foꝛe multum vtile. intellectum persi ci illuminatiqꝫ scienciis siue doctrinis, vel non ita necessariis pꝛofecto insistendum esse maxime hoc sacratissimo tp̄e. his diuinis contemplationibus sacrificii laude ꝛ iustitie. nemini vestrum iam dubium esse arbitroꝛ. proficite religiose.

Expositio pꝛefatoꝛum.

Acrificate sacrifitium iusticie et sperate in domino psalmo. iiii. Sacratissima missa que ꝓpꝛie eucha ristie siue hostie consecratio et sacrificium iustitie dicit̄. cui⁹ cōsecrate hostie et trāssubstātiate missio siue legatio sola sufficiēs est ad soluendū oēs inimicitias et of fensiones inter deū et hominem per peccata ꝯtractas Cui hoc nomē missa digne imponitur quasi trāsmissa nobis quidē ꝑ in carnationem et a nobis deo patri per oblationē. Trāsmittit̄ enim a patre vt sit nobiscum. Postea a nobis patri transmit titur. vt apud ipsum pꝛo nobis intercedat Per eam deniqꝫ to ta nostra salus aperit̄. confertur atqꝫ cōpꝛehenditur. Vt nisi ex altissimis hec oblatio sancta et immaculata nobis collata fuisset. ad futuram patriam spem veniendi nullatenus habu issemus Hec enim misse oblatio. et sancta et immaculata. cū venisset plenitudo tp̄is nobis a patre ē trāsmissa. facta ex mu liere. facta sub lege. vt eos qui sub lege erant redimeret. Hoc est. vnigenit⁹ dei filius. illa vera hostia. patri obediens. sua sponte venit in similitudinē carnis peccati vt nos omnes sal uaret. Jtaqꝫ in carne cum hoībus conuersatus docendo pꝛedi cando tandem moꝛte turpissima ex eis condemnatus est que omnia et singula in hoc sacratissimo missali offitio. ꝑ signa gesta ibidem obseruata. deuota mente pertractātur. Quare hoc ipsum pꝛesens opus non immerito in duas distinguit̄ par tes Jn quarum pꝛima de cristi aduentu et vita agitur. Jn se cunda vero amarissima eius passio per multa signa sacremis-

se siue inditia apte declarat̄. ꝑmittendo nō mīn⁹ ꝑpatorū mis
se atq̧ sacrarū vestiū: misticā representationē In fine tū post
Pax dn̄i de eiusdem resurrectione subiungendo. et sic tota mis
sa christi vite et mortis ē representatiua. ¶ Primo em̄ ad sa
cramentū altaris tractandū: sacerdos accessurus deponit ex
teriorē vestem cogitans q̧ christus seipm oblaturus surrexit a
cena et deposuit vestimēta sua Johis. xiij. Et significat q̧ sa
cerdos celebraturus debet a se abijcere oīa exteriora quib⁹ one
ratur sc̄z prauas affectiones ex humana necessitate exurgentes
vt sicut spōsa christi dicat Expoliaui me tunica mea quomō
induar illa Canti. v. Et vt hoc facere valeat rogat deum di
cens Exue dn̄e veterem hoiem ꝛc̄ ¶ Scd̄o lauat manus co
gitans q̧ hiesus depositis vestimentis cepit lauare pedes disci
pulorū. rogando eū. vt suos dignet̄ lauare pedes lutosos idest
affectus vt dicere valeat cum sponsa mūda Laui pedes meos
quomō iterū inquinabo illos Canti. v. Et ergo lauando ma
nus idest opa immūda. et pedes idest affectus debet cōteri in
terius p cordis ꝯpunctionē et dicere Lauabo inter innocētes
man⁹ meas ꝛc̄ ¶ Tertio accedit ad gradus altaris deposita
veste: nudo capite. oret sup gradus altaris tribus vicib⁹ dn̄i
cam orationē vel illā Ante ꝯspectū diuine maiestatis tue. cū
magno timore ꝛ tremore ex humilitate Cogitās q̧ hies⁹ cepit
pauere et tristari dicens Luce. xxij. Tristis ē aia mea vsq̧ ad
mortem. et procidit in faciem suā orando nudo capite trib⁹ vi
cibus et apparuit ei angelus ꝯfortās eū et factus est sudor eius
sicut gutte sanguinis decurrentis in terrā Sic similiter tribus
vicibus sacerdos rogare debet vt etiā mittat sibi angelū qui
ꝯfortat eū ad hoc sacrificiū peragendū De cuius oratione hie
ronymus poetarum optimus ita loquitur.

Hic quoq̧ de veteri sinuato poplite more

Orabat: magnoq̧ dabat sacra verba parenti

¶ Quarto accedit ad altare cogitās q̧ hies⁹ processit obuiā

iudeis dicens Quē queritis ꝛc. osculans altare significans ꝙ
Judas osculo tradidit hiesum Et induit se super humerale cū
funiculis. stringens se circa collū et ꝑ mediū corpis Cogitās
ꝙ christū hiesum captū iudei ligauerūt cordis. sic ꝑ mediū cor
poris. et circa collū / ꝛ cooperuerūt in nocte in domo cayphe
faciem eius / ꝑcutientes eū dicebāt Prophetisa quis est qui te
percussit Math. xxvi De quibꝰ ita loquitur idem poeta.

Ecce armis instructa acies rabidiqꝫ manipli

Inde superueniunt medio tradente. quid inquam

Miles acerbe furis. venit quo victima fiet

Sponte sua innocuus medijs quoqꝫ stabit in aris

Agnus. et exposita cupiet ceruice necari

At subitos vidit longis cum fustibus hostes

In se ferre gradum. hiesus vltro accessit et inquit

Quem tanto armorum concursu queritis ? illi

Respondere. hiesum iudea nazareth ortum

Ac hiesus ipe coram dixit. quem queritis ? assum.

Tunc malesana cohors iuda impulsore supini

In terram exangues tanta cecidere loquela

Qua celum terraqꝫ tremit. rursusqꝫ rogauit

Quem petitis ? dixere hiesum. quibus ipe ita fatur

Meme ? assum. quid. meme seuis ne pos.ite vinclis

Ipse comes veniam. tamen hos concedite abire

Dixerat. ex templo dextras in pectore diras

Certatim iniiciunt. colloq; miserrima turba

Imponunt funem. vinctumq; in menia ducunt

¶ Quinto indu t se albam Cogitās hiesum indutum vestem albam derisoriam ab herode. et tanq̄ fatuū ab eo et a suis de risum. et sic in alba veste ad pylatum remissum Luce. xxiij. et significat q̄ sacerdos debet esse mundus tanq̄ de baptismo de nuo dealbatus ꝯsurgēs De qua derisione poeta

Traditur innocuus postq̄ hiesus ipe pylato

Mittiur herodi. q̄ galileus erat

Illudit densata cohors hic vndiq; vincto

Sacrilegas sentit sepius ipe manus

Herodes vbi necquicq̄ se querere sensit

Multa. hiesum retrahi precepit inde virum

Ne tamen a sese illusus rediisse putetur

Candenti palla membra sacrata tegit

Presbiterum hac voluit pius agnus veste notari

Integram vitam . pectora casta simul

Ingenti strepitu cum hiesum ad tecta pylati

Gens malesana trahit . conuolat omnis homo

¶ Sexto succingit hanc albam quā indutus est zona siue suc
cinctorio circa lumbos Cogitās hiesum ad columnā ligatū ꝛ
flagellis flagellatū Johis . xix . Et significat ꝙ rerū incentina
et luxurie libidines in eo restringenda sunt Erūt em̄ lumbi ei⁹
pcincti . instar filiorū israhel . qui comesturi agnum pascalem
erāt succinti ꝛ calciati pedib⁹ . q̄i parati ad transeundū de hoc
mūdo Sic em̄ ad mēsaz dei incedendū ē De q̄ ligatione poeta

Talia conspiciens et vulgi corda pylatus

Fune hiesum vinctum seuis iubet ergo flagellis

¶ Septimo induit manipulū in sinistro brachio Cogitās ꝙ
hies⁹ funiculū q̄ fuit ligatus in flagellatione . portabat in bra
chio sinistro . cū dederūt huic coronato arundinem in dextra .

Jamqꝫ solutus vbi est cesusqꝫ ad vota pylati

In dextram sceptrum vilis arundo datur

At tua leua manus celsi moderator olimpi

Gessit adhuc funem : quo religatus eras

Sed vt maniplum . velles hoc fune notari

Presbiterum : acturus qui tua sacra foret

¶ Octauo induit stolam . crucē significantem . q: sicut sacer
dos stolā in scapulis portat . ita christ⁹ crucē ad montē Calua
rie baiulauit Susceperūt aūt hiesum et eduxerunt eū . et baiu

lās sibi crucē exuit in eū qui dicit caluarie locū De hoc poeta

Conspiciens populi clamantis corda pylatus

Vincitur. inq̄ manus agnum et seua ora luporum

Tradidit. ecce ruunt alacres adq̄ ethera voces

Tollunt sacrilegas. qualis leo gaudet in oris

Armeniis ceruam rapuit si quando pauentem
¶ Nono induit casulam et cogitans q̄ milites pylati ipsum deridentes tanq̄ volentem regnare purpuream vestem induerunt Johannis decimonono De qua Hieronymus.

Atq̄ illudentes palle candentis amictu

Purpureo. mitem circundant protinus agnum

Atq̄ ipsum risu probrabant. inclite salue

Rex iudeorum. tunduntq̄ sacra ora pugillis
¶ Decimo sacerdos portat in capite coronam: que significat coronam spineā in capite christi existentē De qua Hieronym⁹

Contundi. properant iudei moxq̄ coronam

Sentibus implicitam plectentes. sanguine multo

Heu singultanti capiti terramq̄ tuenti

Imponunt. teloq̄ premunt hinc desuper omnes
¶ Itaq̄ sacerdos christi armis armatus / de altari vel vestiario ad pplm gradiens ad locū sz cōfessionis / ibiq̄ pctā sua de

uote cōfitendo / et ꝑ se sibiqꝫ cōmissis siue astantibꝰ deū deuo re orando Et cogitat xp̄m derisorie corona spinea coronatum sicqꝫ foras ad ppl̄m iudeorū deductū. et de variis excessibꝰ di rissime accusatū / et finaliter vt sic / ad mortē vsqꝫ / iniuste di iudicatus est De quo poeta.

Pontius egreditur rursus turbamqꝫ malignam

Talibus alloquitur. nullam cognoscite causam

Inuenio. vobis duco hunc sine crimine iustum

Spinea serta gerens trahitur hiesus. oraqꝫ terre

Inde fixa tenet: palla circundatus alba

Vtqꝫ hunc pontifices rabidi pariterqꝫ ministri

Conspexere. vlla non sunt pietate reflexi

In cruce figi virum clamant iterantqꝫ loquelas

Pontius hec contra. vos vos hunc tollite. et inde

In cruce (causa in eo nulla est) vos figite dira

Iudei clamant nostra hunc lex vndiqꝫ damnat

Nanqꝫ deo natum populo se dixit in omni

Presidis vt talis sermo peruenit ad aures

Extimuit. rursusqꝫ subiit pretoria. querens

Ista hiesum. que te regio produxit. et vnde
Es tu? nulla dedit hiesus illi verba roganti
Pretor ait. quid tu inde taces? mihi magna potestas
Vt cruce te figam seruemqꝫ est tradita. nunquid
Ignoras? tunc mitis ad hec ita reddidit agnus
Vim tibi necquicqꝫ de me fortuna dedisset
Arbitrium ni iam supera qui regnat in aula
Traderet. ac de me tales laxaret habenas
Hec dum commemorat hiesus. ipse exinde pylatus
Querebat rabidi populi vt diuerteret iras
Necquicqꝫ. veluti vrgentes qui claudere riuos
Tentet. et alterius cursum retinente putarit
Fluminis infesti cum multo cespite. longis
Viminibus. necnon saxis. sudibusqꝫ perustis
Confecit. paruo mansurum tempore collem
Nam dum ligna petit. serie contexere et amnem
Claudere. rumpit opus. et iam supereminet vnda

Non secus: hec rectos monitus fera turba pilati
Dissipat: atq omnes ipsas committit in auras
Et super hec addit rabies. iam cesaris omnis
Cedat amicitia: et seuam consurgat in iram
Hunc modo si saluas. nam cesaris inficit altum
Imperium: regis quisq sibi nomen adegit
Talibus impulsus preses feruente furore
Eduxit multo sedatum sanguine christum
Est locus horrenda sublimis structus in aula
Quem Lycostratum perhibent: sed galbata dicunt
Gens hebrea: manet vetus hic de more tribunal
Pretor vbi sese populi clamore locauit
Et sic ore dedit: vestrum decernite regem
Rex hic vester adest: sed mox furor impius infit
Tolle reum: iam tolle reum: cruce dede necandum
Ergo tuum tristi preses fert tradier orco
Regem optas: cui pontifices dixere nephandi

Rex est cesar. et hic solus dominatur in orbe

Nobis solus adest cesar. tunc rapta furore

¶ Et tantum de his que precedunt initium misse.

Unc vero sequitur prima pars misse. Sacerdos sacris vestibus indutus. iamque confessus ad altare accedit significat quod christus expectatio gentium de occulta habitatione egressus est in mundum. vt se pro nobis in sacrificium et hostiam deo patri placabilem offerret atque de secreta et sacra ede iugiter clausa. videlicet de virginali vtero. tanquam sponsus de thalamo ingressus est in mundum. vt in ipso benedicerentur omnes gentes. ps. xviii. Veniens sacerdos ad altare antequam gradus altaris ascendat. diuum officium aggrediendo. reuerenter inclinat breuem orationem perorando. significans christi exinanitionem. qua semetipsum exinanauit inclinando celos et descendit in vterum virginis formam serui accipiens ad Gala. ii. vt sic nos exaltaret et glorificaret Itaque per huiusmodi orationem premissam captans beniuolentiam humiliter deum petit vt digne et laudabiliter hoc offitium inchoandum perficere queat Facta oratione dominica dicendo Aue maria. post signum crucis altare osculatur. christum crucifixum per altare signatum per quod significatur quod christus per aduentum suum ad nos in carne sibi sanctam copulauit ecclesiam iuxta illud epitalamicum Canticorum. i. Osculetur me osculo oris sui In osculo siquidem os ori coniungitur et in christo non solum humanitas vnita est deitati verum etiam sponsa ecclesia copulata est sponso christo iuxta illud propheticum ysa. lxi. Quasi sponsam decorauit me corona. et quasi sponsam ornauit me monilibus suis Et dum ymaginem crucifixi osculatur Cogitet quod osculatur vulnus lateris hiesu et imprimit os suum in vulnus lateris eius et ipse dicet tibi Vulnerasti cor meum soror mea Canti. iiii. Facta osculatione se sacerdos erigens signo sancte cru ✠ cis se signando itaque contra insidias diaboli sese muniens. scuto fidei et memoria dominice passionis sicut scriptum est ad Ephesi. vi. In omnibus sumentes scutum fidei in quo

possitis omnia tela nequissimi ignis extinguere. Oratiõe cõpleta sacerdos se ad dextram partem transfert p quod innuit q emanuel in lege promissus prius venit ad iudeos q ad gẽtes Judei eñ tunc propter legem et q vnum verum deũ colebant in dextra parte fuerũt. gẽtiles vero in sinistra qui ydola colebant Jdeo sacerdos primo transit ad dextram ad ostendẽduz q christus in mundũ veniẽs venit ad filios israel visitanduz scdz q dicit Math. xv. Non sum missus nisi ad oues que perierunt ex filijs israel. de quib9 et nasci voluit

Stis sic peractis sequitur officium misse. Vnde tota vita christi in hoc seclo, quasi vna solennissima missa fuit Et ergo tota missa vt dictum est. est representatiua toti9 vite christi Vita precedẽs passionẽ ei9 representat vsq ad canonẽ sz Te igitur rc Et ibidẽ ꝯsequẽter repsentat passio eius vsq q dicit Pax dni Jnchoãdo diuinũ officiũ misse sacerdos ꝯplicatis manib9 et oculis erectis in celũ. introitũ legere incipit rogãdo deum patrẽ misericordiarũ pro incarnatiõe filij sui cũ sctis patrib9 in limbo existentib9 qui cũ multis suspirijs eũ expectauerũt et dixerũt. Emitte agnũ dñe dñatorẽ terre rc Jnsup introitus resumit: quia tam precedẽtes sz patriarche r pphete q sequẽtes sz apostoli et alij sunt concordes de fide christi Et significat turbã que in die palmarũ precedebat r sequebat euz Math. xxj Versus vero eiusdem introitus altius introitu vt in plurimũ cãtatur: et designat immẽsitatẽ desiderij et clamoris quorundã sz prophetarum indies dicentium et canentiuz Vtinam disrumperes celos et descenderes. Alij. Mitte quez missurus es. Et psalmista Dñe inclina celos tuos et descende De quo Poeta

Vidistis q magna canant qui carcere nostro

Clauduntur: letiq diem aduentasse salutent

Quo patriam repetant: inuisaq menia linquant

Gloria patri etiam interponitur ad designandum q tota scta trinitas indivise filij dei incarnationē opata est Ideo ad dandā gloriā de hac ineffabili maiestate sancte trinitatis gloria patri interponitur.

Kyrieleyson hic ter repetitur: et petitur aduent⁹ xpi spūalis in mēte Et sonat kyrieleyson .i. dñe miserere. q: pueri cito remittūt offensas et cito etiā dāt pciosissima Et q: nos p peccatū triplicē incidim⁹ miseriā s. subiectionē servitutis peccati q: qui facit pctm̄ seruus ē pcti Et sic clamam⁹ nostri miserere Scdo incidim⁹ paupertatē boni gratuit⁹ Trenorū .iij. Ego vir vidēs paupertatē meā Sup q clamamus nostri miserere Tertio incidim⁹ cōculcacionem a demonibus vilissimis Trenorū .v. Servi dñati sunt nri Psalmista Cōculcauerūt me inimici mei tota die Et sic clamam⁹ iterū Dñe nostri miserere. Postea ter christeleyson / et iterū ter kyrieleyson resumitur / ita q novies sit replicet q: ecclesia nō mō de predictis misericordiā expostulat sed pcipue clamat petendo misericordiā a deo de novem generibus peccatorum Est eñ peccatum cogitationis / locutionis / perpetrationis Item peccatum veniale / mortale et originale Item peccatum malignitatis seu in spiritum sanctum fragilitatis vel p impotētiā resistēdi seu pctm̄ in patrē ⁊ pctm̄ simplicitatis p ignorātiā in filiū. q: ergo novē mōis peccādo excedim⁹ rōnabile est vt novies misericordiā dñi implorem⁹.

Gloria in excelsis deo Hoc sacerdos sol⁹ dicens typū gerit angeli qui in natali dni pastorib⁹ dixit Anūcio vobis gaudiū magnū qd erit omni populo Lu. ij. Itaq hoc canticū ad decantandum fuit institutū a Thelophoro papa vt habetur de psecra. dis. i. c. Nocte sacra. Chorus vo postea respondens et psequens gerit personā multitudinis quia dicitur ibidē Facta est cum angelo multitudo / celestis exercitus / Laudantium et dicentium Gloria in excelsis deo. et in terra pax hominibus bone volūtatis Itaq angelico hymno finito sacerdos se

ad populū vertit qui est mediator inter deum et populū dicēs sonora voce. Dn̄s vobiscū. Anūciando populo q̄ dn̄s sit cum eis per incarnatiōem qui eis ꝓmissus est olim in ꝓphetis. Et exponim⁹ sic. D. v. i. dn̄s in vobis maneat ⁊ vos p̄mio eterne vite remūeret ⁊ peticiōibus vr̄is effectū tribuat vt grāz dei impetretis ꝑseuerantes in illa Et chor⁹ r̄ndet Et cū sp̄ū tuo Et sensus est. tu ꝓ nobis funde p̄ces ad dominū ⁊ q: tn̄ illas preces ap ꝓbat et exaudit q̄ de bono corde ꝓcedunt oramus et nos similiter ꝓ te vt iste (sine quo non est bonum) sit cū. s. t. Nā sacerdos stans ad altare tot⁹ deb3 esse in sp̄ū et nihil sentire de rebus transitorijs, quia hoc figurat̄ Genesis. xxij. vbi abraham perrexit immolare filium dixit ad seruos suos Expectate me ibi cum azino. ego et puer illuc vsq3 properantes ꝛc. Serui sunt solicitudines et cure de necessarijs huius vite. azinus autem animal pigrum est corpus. puer vero est spiritus purus. patriarcha autem est loco offerētis. Et ergo sacerdos oblaturus filium dei debet cum solo spiritu accedere ad altare ¶ Oremus inclinando dicimus. q. d. Orate simul omnes mecum, vt quod postulamus citius impetremus. Et significat q̄ tres magi procidentes adorauerunt puerum hiesum in diuersorio et gremio matris. ¶ Collecta. Collecta dicitur. quia petita populi colligit. que sacerdos qui fungitur legatiōe popl̄i offert deo Et illa collecta significat corpus misticū q̄ sic in vnū cōmiscet̄. sicut ex ml̄tis granis corp⁹ cristi et sanguis eius ex ml̄tis vui3 conficit̄ Et vt in plurib⁹ sub numero trinario collecte dicūtur. q: tres magi tria munera obtulerūt s3 aurū thus ⁊ mirrā Itaq3 nos debem⁹ illi offerre Cum memoria prime collecte aurū dilectiōis et amoris feruētis desiderij ad deū. Cū secunda deuotā oratione instar thuris ex ignito fumo cordis ad deū descēdente3. psal. 140. Dirigat̄ oratio mea sicut incensum in conspectu tuo Cum tercia vero memoriam dominice passionis. Concluditur autem Per dominu3 nostrum hiesum cristum. quia Johan. xv. dicitur. Quidq̄d petieritis patrem in nomine meo hoc faciet. In merito cristi

exaudimur et non in merito nostro. ideo maxime attent⁹ esse debet sacerdos. nominando hoc dulce nomen Jesus. recolēs q̄ iuxta apostolum nullus dign⁹ sit nominare ipsum nisi in spiritu sancto Hec collecte dicuntur in dextra parte altaris. quia omnes huiusmodi orationes fiunt in nomine christi qui sedet a dextris dei. ideo ad dextrā partem dici debent Post orationes sacerdos diversimode cōcludit que diversitas breviter patet in sequentibus Per dn̄m dicat cum patrem presbiter orat. Cum christū memorat per eūdem dicere debet Cum quo si loqueris qui vivis dicere queris Si spūs almi eiusdem dicere debes Additur hec etiam particula Qui tecum vivit et regnat in vnitate spiritussancti deus. quia spūssanct⁹ est vnitas patris et filij. amor et cōnexio vtriusq̄ Subiungendo Per omnia secula seculorū idest eternaliter scd̄m btm̄ Augustinū. que particula ponitur ꝓpter luciferanos hereticos qui dicūt adhuc luciferū regnaturum et ad sedem christi collaturum Chor⁹ respondet Amen. et valet intantum sicut fiat vere

Epistola

¶ Deinde epistola premittitur evangelio que grece supermissio seu supererogatio dicitur latine. Nam sponsus misit sponse litteras per prophetas. et ergo interdum leguntur prophetie. Jam vero tempore gratie personaliter venit christus spōsus presentare se in templo sponse sue. In testimonium vō q̄ iam venit nobis leguntur epistole et littere testimoniales apostolorū. vt sunt act⁹ aploꝝ. epistole canonice p̄cipue ep̄le pauli. qui anunciavit vbiq̄ christum venisse dicentem. Ecce ego (qui loquebar olim in prophetis)assum in humanitate. Desideratus igitur iesus a patriarchis et prophetis venit ad templum sanctum suum ⁊ oblatus est in aram nostre redemptiōis Vnde iesus iuvenis spons⁹ voluit spōse sue ecclesie presentari an placeret ei sponsalia cum eo cōtrahere. que ecclesia per os simeonis approbavit et tanq̄ sponsum ꝓmissum libens suscepit. et ergo canit Suscepimus deus misericordiam tuā in medio templi tui. Et iesus obtulit se sponse sue ad amplexandū

Et Symeon in persona ecclesie. Accepit eũ in vlnas suas tan quam sponsus videns promissum Adorna ergo thalamum tu um syon et suscipe iesum sponsum tuum. In huius signum sa cerdos legens epistolam extendit brachia sua super librũ in per sona ecclesie ac si velit amplecti iesuz ꝛ vt alter symeõ accipiet eũ in vlnas suas brachijs amoris. Et ergo finita missa et pre gustato parum de dulcedine eius cupit mori. legens Nunc di mittis seruum tuum domine ꝛc

¶ Graduale dicitur a gradiẽdo Et significat ꝙ maria timo re herodis graditur siue egressa est in egiptum cum puero iesu et ibi degẽs vsqꝫ ad mortem herodis. quare cantatur in voce graui. quia tristiciam matris et filij insinuat Iccirco et in di ebus pasce et pentecostes non cantatur. quia isti dies futuruz felicem cantum designãt in regno celorum cantandum. in quo non est fletus sed summũ gaudiũ et leticia Et quia post luctũ sequitur consolatio Ideo post graduale sequitur alleluia can ticum leticie Et est dictio hebraica que secundum beatum au gustinum interpretatur. Domine saluum me fac. Sed quare non translatũ est in aliud ydeoma causa est. quia alleluia gau dium celeste insinuat: quod nec ocul⁹ vidit nec auris audiuit Esaie. lxiiij. Ideo ꝙ nobis ignotũ est congrue sub ignoto ex primitur vocabulo Hoc gaudium habuit christus cum sponsa sua ecclesia quando in iordane lauit ei⁹ crimina sicut canit ec clesia sancta Hodie celesti sponso iuncta est ecclesia Ideo dicit canticum epitalamicum ab angelis in nuptijs christi cũ eccle sia sponsa eius modulatum Sed notarum multarum protra ctio in fine subiungitur sine verbis et vocibus significatiuis. Et scḋz Wilhelmum in rationali diuinorum significat hoc ꝙ gaudium celeste maius est ꝙ̃ possit explicari sermone vel voce.

¶ Vers⁹ in alleluia. Quia patris vox olim dixit Penitet me fecisse hominem. Versa est et audita sic dicentis. Hic est fi lius meus dilectus in quo mihi complacui Repetitur alleluia quia celi aperti sunt ei ꝛ vidit spiritum dei descendentem sicut columbam et manentem in ipso. et dixerunt iterum angeli al

leluia Sed temporibus luctui deputatis omittitur et loco alle
luia adiungitur tractus. quoniam tantum est pondus inique
tatis nostre et circumstans nos peccatum q̄ eciam cum violē
tia trahimur ad bonum. et ideo tractus habet multas graves
notas. Christus ergo pro peccatis nostris abluendis intravit
in desertum. et ibi fecit gravem penitentiā. quia ieiunavit. xl
diebus et. xl. noctibus. et habuit terram pro lecto. celum pro
tecto. ⁊ fecit durissimam penitentiam. ieiunavit. oravit. vi
gilavit. iacebat super nudam terrā et dormivit super eam. hu
militer cum bestijs conversatus discooperto capite et nudꝰ pe
dibus incedebat Igitur ipsum sepe menteteñꝰ in hac solitudi
ne visita et quō ter a diabolo temptatur cogita.

¶ Evangelium.

¶ Evangelium postea a sacerdote vel dyacono legendum si
gnificat predicationem christi Christꝰ eñī inter homines vti
homo vsq̄ʒ ad tricesimum annum conversatus est Cumq̄ʒ aūt
esset annorum triginta etatis a Joanne baptisari voluit Ma
thei. iij. Vbi vox patris audita est et spiritussancti in moduʒ
columbe statim super eum mansit Evestigioq̄ʒ ab eodem spiri
tu in desertum ductus est quadraginta diebus et quadraginta
noctibꝰ ieiunavit Mathei. iiij. Inde quoq̄ʒ superatis diabo
li temptationibus cum in spiritu venisset in templū venden
tes et ementes eiecit de templo vt patet Johannis. ij. Luce
xix. et Mathei xxi Eodem insuper anno vocatis apostolis vt
suam ostenderet divinitatem absconditam primum in chana
galilee matre presente coram ipsis vocatus ad nuptias/aquā
in vinum convertit Johannis scdo Inde statim vt opus pa
tris perficeret/sumpto sacro discipulorum consortio iudeam
omnem/samariam/galileam ⁊ phenicum vrbes circuiens in
templo et sinagogis celesti documento populos docere cepit.
Sed et leprosos mundare/mutos loqui/cecos illuminare/
mortuos suscitare/ac febribus ventis vndiq̄ʒ imperare atq̄ʒ

lia innumerabilia signa facere / vt sue diuinitatis experimentum demonstraret Sed postea vero diabolus venenum misit in cor iude. ad explorandam christi diuinitatem per ei⁹ mortē ab eo discipulo venditus / captusq̧ ꝛ accusatus fuit / q̄ sabbatum non obseruaret / q̄ saluti hominum quouis tempore consuleret. q̄ baptismum circumcisioni anteferret / q̄q̧ abstinentiam suille carnis auferret De quibus omnibus poeta / et primo de conuocatione demonum / ad habendum consilium super factis et operibus christi: tempore sue predicationis ostensis et perfectis. optime canit dicens.

Lethei dites ingens hec causa subegit

Cogere consilium. nec vos mea dira potestas

Necquicq̧ exciuit. varijs terroribus angor

Accipite hec memores. nostramq̧ his discite mentem

Horrida iamdudum forti cum milite bella

Congerimus. sed pauca valent in prelia vires

Sepius aduersum vidistis q̄ntus in hostem

Insurgat clypeo. et telum quo turbine verset

Vndiq̧ conueniunt populi. pars alta sequuntur

Eloquia. et sanctum pars hunc cum munere adorant

Quid loquar: hic vrbes. hic hic sermonibus ipsa

Oppida subuertit varijs. totumq̧ per orbem

Fama volat. sua nunc gentes doctrina per omnes
Spargitur. et tandem nostris dominatur in oris
Vincimur heu miseri. q̄ꝫ parua potentia nostra est
Vincimur. iste deo natum magnoqꝫ parente
Se facit. et miris testatur et approbat illud
Omnibus. claudi incedunt. sua lumina ceci
Obstupuere. nouas muti dixere loquelas
Audijt et surdus. turpi de hinc corpora lepra
Mundauit. cecis animas reuocauit ab vmbris
Frigida mandauitqꝫ iterum ad sua membra reuerti
Hic puer et medio doctorum celsus in vrbe
Constitit alta docens. nunq̄ꝫ risisse notatus
Sepe dedit gemitus. siccis super equora plantis
Ipse maris gradiens. timidum ceca yma petentem
Discipulum dextra tenuit. quare ista fatentur
Esse deum. tamen inde ferunt de virgine natum
At pater ignotus sitit hic sepe ardor edendi

Inuasit. quem turba iesum modo clamitat: ipsi
Quis nouus iste furor: tentandum est an deus hic sit
Siue homo: si vite fuerit sibi terminus. omnis
Questio iam pateat: neqꝫ eni͂ regnator olympi
Extingui vel morte potest occumbere dira
Experiamur: ego varias in pectore curas
Et noua concilia atqꝫ nouas demetior artes
Hic labor omnis adest cunctorum vertere mentes
Scribarum: rabidumqꝫ animo instigare furorem
Principibus. varios vulgi miscere tumultus
Morte reum clament: ipsum quoqꝫ fida suorum
Agmina destituunt: precio tradatur et hosti
Vadite iamqꝫ citi: pedibusqꝫ accingite pennas
Tuqꝫ mea inprimis allecto concipe vires
Et solitas artes: maior tibi gloria restat
Si struere ac tantam poteris componere mortem
Quare age gorgoneis mea nata accincta venenis

Aggredere . et diros longis de crinibus angues

Eripe . vipeream scribarumq; insice mentem

Atq; odijs repleas: phariseos iraq; rumpat

Inde sacerdotes: scarioth tua vulnera iudas

Sentiat: hunc auri cogat vis rumpere leges

¶ Legens autem euangelium vertit se ad aquilonem: que est
plaga frigida et tenebrosa . significans maliciam diaboli tene
brosam et frigidam Contra illam ergo predicator disponitur
vt tenebras fugat ⁊ frigus arceat charitate christi faciēdo scd̄z
quorundā consuetudinem tres cru✚ces . Primo in libro secū-
do in fronte / tertio in pectore: vt notat Archidi . de cse . c A-
postolica . In libro crucifixum predico In fronte crucifixum
non erubesco In pectore crucifixum credo Et omnes stamus
cum legitur euangelium Esdres cū absoluisset id est legisset et
aperuisset legem omnes recti steterunt ⁊ hoc in reuerentiā illo
rum sanctorum verborum Et capita nudamus in signū q̄ no
bis nuda dicatur veritas . Et dicto euangelio osculatur liber
apert⁹ a sacerdote et lectore in quo cogitare debet: quasi oscu
letur dulcissimum pectus iesu ex quo melliflua verba illa euan
gelica pfluxerunt Et astantes omnes muniūt se signo crucis .
ne volucres celi . i . diaboli auferāt semē verbi dī euāgelij lecti
¶ Credo Significat predicationem apostolorum Nam do
minus misit illos binos ⁊ binos ad predicandum fidem catho
licam per vniuersum mundum . et ergo sacerdos tanq̄ christ⁹
incipit . q . d . Ite in orbem vniuersum et predicate euangeli-
um omni creature Et chorus prosequitur: quia Apostoli per
vniuersum mundum dispersi / annunciauerunt fidem Chri-
sti . Fide in symbolo proclamata / Presbiter se vertit ad po-
pulum Et significat / q̄ Jesus in die palmarum vertebat se a-

ciem suam vt iret in hierusalem sustinere mortē ꝑ nobis Ita
qꝫ videns ciuitatem fleuit super illam intantum. ꝙ intumuit
faties eius a multitudine singultuum pectoris sui: pre quibꝰ
ad plenum verba non potuit formare et ideo imperfecte dixit
Quia si cognouisses et tu. Considera igitur oculis mētis hic
sum flētem. et ne auertas faciem tuam a singultu domini dei
tui sed respice in faciem cristi tui et sic deuotione affitieris si
attente eius perspexeris lacrimas pro te effusas. Sacerdos se
ita ad populum conuertendo dicit iterum Dominus vobiscū
monens vnumquemqꝫ ad se redire et cōscientiam suam discu-
tere. vt sic mentem suam et seipsum in holocaustum iustum et
hostiam sanctam deo placentem offerre valeat. Et subiun-
git. Oremus. populum monens orare instar domini qui ad
discipulos somno. grauissimisqꝫ cogitationibꝰ grauatos. dor-
mientes inuenit ait. Vigilate et orate. Quamuis sacerdos
dicit oremus. non tamen orationem mox prosequitur. sed ca-
licem et se preperat. Et significat id tempus quo cristus oc-
culte ambulauit inter iudeos.

¶ Offertorium

¶ Offertorium est canticū laudis Et significat ꝙ eū laude
et canticis. et floribus ⁊ palmis flentem receperunt ac munia
laudis obtulerunt in die palmarum De quo hieronymus.

Nam hiesus hic magna populi comitante caterua

Hierusalem ingreditur cui ramis agmine facto

Occurrunt olee prostrati corpore terra

Sub pedibus pallasqꝫ locant et carmina dicunt

¶ Dicto oremus. ad mediū altaris ꝓcedit sacerdos stans ꝓ-
funda mente hoc ꝙ christꝰ dixit in cena cogitare debet Johā.
xij. Nūc aīa mea turbata est Et quid dicam Pater sanctifica
me ex hac hora. clarifica nomē tuū. hoc affectans faciet crucē

ſuper oblatā dicēs In nomine patris ⁊. f. et. ſ. ſ. Quid retri
buam domino pro oīb9 que retribuit mihi. Calicē ſaluta
ris accipiā et nomen domini inuocabo. Hic cogitare debem9
quanto deſiderio chriſt9 deſiderauit manducare hoc paſca in
vltima cena cū diſcipulis ſuis anteq̄ pateret̄ Eleuato igitur
calice. parū ſuſpiciēs deuote. affectās humili corde. genub9
parū flexis dicens. Suſcipe ſancta trinitas hanc oblationem
Hanc oratione legit ſacerdos in ſimilitudinē chriſti qui longā
orationē ante ſuā paſſionē in vltima cena poſt lotionē pedū
diſcipuloꝝ. et poſt cōmunicationem corporis ſui ꝑ diſcipulis
ſuis p̄miſit dum ait Non rogo vt tollas eos de mundo: ſed vt
ſerues eos a malo Joannis xvij. Depoſito calice ex diuerſis di
uerſa obſeruant̄. Quidam eleuatis manib9 dicūt antiphonā
illam de aſcenſione domini cum certis collectis. O rex glorie
domine virtutum ⁊c̄. Alij vero orant Veni inuiſibilis ſacrifi
cator ⁊c̄ Et tūc ſacerdos cogitare debet ꝙ chriſtus ſubleuatis
oculis et manibus in celum ait. Pater venit hora clarifica fi
lium tuum. vt filius tuus clarificet te Joannis. xvij. Et cū
hec dixiſſet ieſus turbatus eſt ſpiritu ⁊ dixit Luc. xxxi Amen
dico vobis. quia vnus veſtrum me traditurus eſt hac nocte in
manus peccatorum. et dixit iude. Quod facis fac citius. et ex
iuit continuo ſcʒ ſecrete ad iudeos vt traderet eis ieſum. queʒ
feria quarta eis vendiderat. Itaqʒ inter orandum iuxta cōſue
tudinē religionū quarūdam accedit ad lotionem extremitatū
digitorum. Iſta lotio ſecunda manuum vel extremitatum di
gitorum. vt amplius mundatus offerat ſacrificium mūdiſſi
mum. poteſt repreſentare lotionem pedum ſcʒ quando ieſ9 in
cena precinctus lintheo inſtar ſerui. omnium lauit diſcipuloꝝ
pedes lutoſos et coram proditore ſuo iuda genua flexit procum
bens ante maledictos pedes veloces ad effundendū ſanguineʒ
quos ſanctiſſimis manib9 attractare. lauare. extergere ⁊ oſcu
lari ore ſuo ſanctiſſimo voluit Hec cogitabis lauando extremi
tates manuum dicēs Amplius laua me ſanguine tuo ad iniqui
tate mea q̄ꝫ petere poſſum. Et poſt oſculetur altare in ſignuʒ

ꝙ christus osculatus est pedes discipulorum post eorum lotio nem. Quamuis sacerdos in principio misse dum se vestib⁹ or naret manus abluit. vt vsus nostri Cisterciensis ordinis con firmat atq̃ disponit In signum ꝙ debet carere macula corpo rali. tamen in hoc loco volens sacrificare iterum lauat se in si gnum carentie venialium et minorum peccatorum lotis mani bus Vel seculares sacerdotes tūc sine lotione manuū ante me dium altaris humiliter et profunde se inclinant dicentes illud Danielis Tertio In spiritu humilitatis et in animo contrito ꝛc̄ In qua tria tanguntur que debent esse in sacerdote offeren te et in omnibus assistentibus pro quibus sacerdos offert Pri mum est cordis humiliatio Et tangitur ibi cum dicit In spi ritu humilitatis. Secundum est mentis contritio. Et tangi tur ibi cum dicitur Et in animo contrito Tertium est recta in tentio. Et tangitur ibi cum dicitur Et sic fiat sacrificiū nr̄m vt a te suscipiatur hodie quemadmodū sꝫ suscepisti filij tui feli cem animā cum commēdaret eā tibi in morte. et placeat tibi dn̄e deus sicut tibi placuit mors eius pretiosa. Conuertens se ad populū sacerdos tristis. dicens sub missa voce. Orate pro me fratres peccatore ꝛc̄. ita tn̄ ꝙ illa verba aliquātulū ab astā tibus audiantur. in quibus mouet ppl̄m pro se orare ⁊ deinde orat secrete ꝑ populo. iuxta dictum Jacobi debem⁹ ꝑ inuicē orare vt saluemur.

¶ Secreta oratio significat secretum cōsilium quod Judas habuit cum iudeis vt eis iesum traderet. Et habuerunt tria consilia de eius morte scilicet dominica in passione. et in sab bato ante palmarum. et feria quarta cum Judas vēdidit do minum De quo Hieronimus.

Vtq̃ satis primos acuit fera seua furores

Atq̃ omnem euertit ipsis cum patribus vrbem

Ad iudam scarioth obscenis protinus alis

Accelerat. miserumqꝫ omni complectitur angue
Fodit avaricie primum sua pectora telo
Post virus tetrum iniecit quo prodere tentet
Heu demens hostiqꝫ suum dulcemqꝫ magistrum
Traderet. o nimium dira est ab arundine fossus
Infelix scarioth. cepit nam primitus illud
Sacrum opus ungenti verbis damnare prophanis
Nec satis hoc misero est sed mox ad limina patrum
Hinc celeri fertur gressu preciumqꝫ poposcit
Et dare se spondet ignoti signa magistri
Atqꝫ ubi cum charis sociis versetur. et inde
Hunc tentant quencumqꝫ sibi monstraverit ipse

¶ Et cōcluditur secreta alta voce scꝫ Per dominū nostrū ꝛc. quia cum Judas exisset dicit iesus Joannis tredecimo Nunc clarificatꝰ est filius hominis et continuo clarificabit eum pater Et sacerdos exaltat vocem et multo solemniꝰ cantat aut legit q̄ꝫ in tota missa unq̄ꝫ fecit et dicit Per omnia secula seculorum ꝛc. Et procedit ad prefationem. et significatur per prefationem ille longus et dulcissimus sermo quem in cena fecerat. quē conscripsit Joannes evangelista. xiiii. et. xv. Et nota ꝙ in capite p̄fatiōis depingūt iste due littere V ꝛ D ꝯnexe cū cruce i medio ꝛ ꝓ vere dignū Vñ V inferiꝰ ē clausa ꝛ superiꝰ apta

habens initiũ linea longiori significãs humanitatẽ christi que in virgine principiũ habuit sed fine carebit. D. deitatẽ significat circulariter clausa. que nec initium nec finẽ habet. Tractus in medio vtramqꝫ copulans signũ crucis efficit versus humanũ genus. v. designat. d. deitatẽ Stans crux in medio federat ista duo ¶ Sciendum ꝙ finis prefate orationis est initium prefationis. per quod sacerdos insinuat ꝙ christꝰ est lapis angularis quem reprobauerunt edificantes. iudeos continẽs et gentiles vt sit vnũ ouile ⁊ vnꝰ pastor dicẽdo ꝑ omnia secula seculorũ Scdꝫ aliquorũ ꝯsuetudines sacerdos manꝰ depͥssas tenet. donec dicat Sursuꝫ corda Aliqui vero in principio ipius ipsas eleuant. Et dicitur prefatio a pre quod est ante et for faris: quia fatur ante principale sacrificiũ ad quod offerendũ missa est instituta Est eñ prelocutio totius canonis secuturi In hac preloquitur sacerdos grates et laudes deo vt meliꝰ ad consecrandum corpus christi possit peruenire. Vocatur etiaꝫ preparatio. quia prepat fidelium mẽtes ad future ꝯsecracōis reuerentiam Eciam ab aliquibus vocatur hymnus angelicꝰ quia angelicis laudibus est plenus Ab illa eñ parte Dominus vobiscum vsqꝫ ad Sanctus rite potest vocari himnus. Dicto per omnia secula seculorum. quod significat. Deus petendus est ac exorandꝰ sine fine ab omni creatura. ⁊ maxime ab homine qui est inter creaturas nobilissima. Per omnia secula. i. tẽpora vite sue Sacerdos salutat populum dicens Dñs vobiscũ optans nos tales existere cũ quibus dominus manere dignet̃. Tunc chorus vel minister in persona populi respõdet Et cum spiritu tuo. sacerdoti hoc idẽ reoptãs. sic eñ mutuo ꝓ se orãt iuxta dictũ iacobi. Deinde sursum corda. s. leuate ꝑ celestiuꝫ cõtemplationẽ subiungit̃. quod est singularis incitatio ad deuotionẽ mẽtis. et ad celestium eleuationẽ ꝓpter sacramẽtalis misterij magnitudinẽ. Chorus aũt respondet. Habemus ad dominum. Et in hoc profitent̃ monita sacerdotis suscepisse. Quare diligenter ꝓuideat populus et quilibet respondens ne cor habeat deorsum ad seculũ et spiritui sctõ damnabiliter mẽ

tiatur. Sacerdos autem subsequitur excitãdo populum vt ad memoriam reuocet innumerabilia beneficia dei. ei referendo gratiarumactiões dicens. Gratias agamus domino deo no- stro. q. d. quia est creator. redẽptor et glorificator noster ideo gratias agere tenemur sibi Nostra ex creatiõe qua dedit nobis naturã. ideo dicimus dño Ex redemptiõe. nostra. qua dedit nobis grã. ideo dicim⁹ do. Ex glificatiõe nostra qua dabit nobis gloriam. ideo subiungit nostro. Chorus respondet et approbat dictũ sacerdotis dicens Dignũ et iustũ est. Dignum est ratiõe diuine maiestatis.. Justũ est ratione nostri. Justũ eñ est vt nos ei gratiarũ actiones reddamus. quia nos sum⁹ popul⁹ eius ꝛ oues pascue eius. ps. lxxxxiiij. Tunc sacerdos cõtinuat pfatiõ cantãdo vel legendo. Vere dignũ et iustum est vt habetur in libris vbi proclamat ꝙ in omni loco nos ipsi deo ꝓ his donis gratias agere debemus. p christum dominũ nostrũ per quẽ angeli maiestatẽ dei laudant. adorãt dñatiões tremunt potestates. sꝫ tremore reuerẽtiali cognoscendo suam potestatẽ nihil esse respectu diuine maiestatis. que in hoc sa- cramẽto continet. Celi celorũqꝫ virtutes. ac beata seraphin socia exultatione concelebrant. i. concordi iubilatione deum magnificant. quia in celo est vera societas sine omni inuidia et dissensione. Cum quib⁹ angelis et nostras voces vel laudes vt admitti iubeas deprecamur. supplici confessione. i. humi- li laude et non superba presumptione dicentes Sanct⁹ sanct⁹ sanctus. Hic hymn⁹ angelorum habetur Esaye sexto Apoca lipsis. iiij. Et est laus seu iubilus perfectorum qui in hoc ipso quodammodo admittuntur ad cõcentũ angelorũ. et ergo can- tat qñ sacerdos ẽ in maiori mẽtis eleuatiõe ad deũ q̃si iã vltra homines angelis sociat⁹. et ergo ante dixit Et ideo cũ angelis et archãgelis ꝛc. Et Sixt⁹ martir et papa octau⁹ a beato pe- tro ꝯstituit. vt infra actionẽ sacerdos incipiẽs popul⁹ himnũ decãtaret videlicꝫ Sãct⁹. Dicitur autẽ ter sanct⁹. et semel do- minus de⁹. vt misteriũ trinitatis personarum in diuinis. et vnitatis essentie in diuinitate comprobetur. Subiungitur sa

baoth. i. exercituū scilicet angelorum et hominū Significat enim leticiam angelorum ⁊ sanctorum patrum in limbo detentorum appropinquante passione christi.

❡ Pleni sunt celi et terra gloria tua. Quia glīa dnī celi ⁊ terra replentur. Hucusq̄ sacerdos legendo se inclinat. quia tunc incarnationem et maiestatem diuinam per angelorum hominumq̄ cantum recognitam veneratur Osanna inexcelsis Hic est cantus humanus quem cantabant pueri ramos palmarū in manibus habentes Et est himnus hebreorum idest transeuntium Unde ergo competit hominib⁹ perfectis et iam in angelicam vitam quodammodo transformatis.

❡ Benedictus ✠ qui venit in nomine domini. Hoc legendo sacerdos signat se signo crucis. ad designandum q̄ iste (qui venit) cruce triumphauit Osanna idest obsecro saluifica populum tuum In excelsis idest in altissimis Quia non solum instaurauit salutem in terra sed etiā in celis ruinam angelorum.

❡ Himno sic dicto cogitandum est breuissime q̄ iesus et discipuli eius exierunt de domo refectorij in montē oliueti ⁊ ibi trās torrentem Cedron cepit pauere ⁊ tedere ac mestus esse tam ex forti ymaginatione sue amarissime passionis iā instātis itaq̄ dicebat Tristis est anima mea vsq̄ ad mortem Quia factus ē in agonia prolixius orando: et factus est sudor eius sicut gutte sanguinis decurrentis in terram. ex calore nimij et excessiui amoris. Sanguis em̄ eius qui est fidelis amicus nature. ad subueniendum nobis membris christi infirmis. veneno serpentis intoxicatis. pronus effluit. quasi nesciens expectare quousq̄ vi expelleretur. Animaduerte igitur o sacerdos. quanta puritate: tremore ⁊ reuerentia ad illud sacramentum accedas. ad quod christus accessurus quando pati voluit. sanguineum sudorem sudauit in quo ipse fuit mirabiliter ⁊ ineffabiliter notatus sacerdos et sacrificium. Et tantum de prima parte sacratissime misse. Sequitur secunda pars eiusdem.

Secunda pars misse.

Ecunda pars sacratissime misse. in qua per multa signa et indicia cristi passio amarissime declaratur. Canon siue regula nonnunq̃ dicitur. quia signifiat passionem cristi que est tanq̃ regula qua docemur. quomodo ꝑm apostolum per multas trbulationes oportet et nos intrare regnum celorum. In isto toto officio cristus verus sacerdos regulariter presentat̃. Vel quia per hũc fit regulariter consecratio sacramenti. ¶ Secundo nominatur hec pars secreta. quia verba ista secretissimam habent virtutem scilicet ꝙ transmutant ea que distant in infinitum. Et de eorum virtute angeli etiam ammirantur. ideo secreta voce celebrantur. Neq̃ ratio humana plenarie potest capere tantum misterium. ¶ Tertio vocatur actio propter sacra misteria que in ea agũtur. ¶ Quarto dicitur sacrificium Et hoc a sua parte digniori. quod sacrificium iubet nos offerre propheta in verbis thematis in vera spe. caritate et dilectione dicens. Sacrificate sacrificiũ iusticie et sperate in domino. Ex quo autem canõ regula dicitur. ideo regulariter debet legi ita ꝙ nihil addatur nec omittatur. Debet enim legi integraliter et distincte id est verba ista non debent corrupte siue truncatim legi. Eciam expedite. i. nõ nimis tarde nec nimis festinãter. quia non debet sacrificium sine sale. i. discretione ⁊ deuotione offerri. Etiam in libro ne legentibꝰ error cõtingat. Vel attente. quia scd̃ȝ Gregorium. Illam orationem deus nõ audit cui ille qui orat non intendit. Vel silenter. et hoc ratione significationis. quia hoc secretum silentium representat christi latibulum ante suam passionem quãdo nondum eius hora venit. Vel silenter. ne sacra verba vilescerent. apud vulgus sicut factum legitur

¶ In principio tamẽ canonis crucifixum. vel crucifixi ymago depingitur. vt sacerdos. in eam deuote intẽdat. et sibi po

minice passionis memoriam fideliter imprimat Debet etiam iunctis manibus ante altare inclinationem profundissimam facere. et inclinando ita perseuerare vsq͡z huc Vti accepta habeas ꝛc̄. Et significat altam inclinationem. vel poti⁹ corporis prostrationem. quam fecit ante passionem in qua fact⁹ est sudor eius sicut gutte sanguinis decurrentis in terrā Luce. xxij Recogitet deniq͡z sacerdos tunc se esse terrenum se totū humiliando. vt hoc sacrificiū laudis offerre deuote valeat. Et minister vel ministri tunc maxime post tergum stare debeant in signum huius ꝙ instante passione domini. relicto eo omnes discipuli fugierūt. Vel hoc fit alijs in exemplum. quia si ipsi ministri pro tunc recedūt. multo magis alij circūstantes retro et non in facie sacerdotis tūc stare debent. ¶ In canone autem alia verba. alia signa et gestus pretendūt. Nam dicit Innocentius. quia verba principaliter pertinent ad eukaristiā consecrandam Signa vero ad historiā dominice passionis recolendam. Et sic per signa crucis ordinem tormenti dominice passionis recolimus vt patebit in prosecutiōe. Ideo augustinus dicit Nostrum sacrificium est sacramentum oblationis iesu in cruce Et ergo incipit a littera Thau sic formata T que sui forma signum crucis ostēdit. super quam figuram Moyses in deserto serpentem eneum (qui figura christi fuit) erexit Itaq͡z tota sequens materia dominicā passionem notificat.

¶ Sequitur Canon vel Secreta.

¶ Sacerdote sic inclinante cū pauore ꝛ tremore instar christi in monte oliueti orando dicit T Eigitur clemētissime pat̄ p iesum christū filiū tuum dn̄m nostrū supplī. roga. ac peti⁹ vti accepta habe. ꝛ bn̄. Hec do ✠ na hec mūe ✠ ra hec sctā sacrifitia illibata

¶ Dicit in p̄missis Te igit̄. ad denotādū continuationē prefationis ad canonē. et ꝙ nulla oratio infra orōez et canonem preter sctūs est inserēda. Multiplicat̄ etiā verba petitiōis scz rogamus ac petim⁹ idē quodāmō significātia ꝑpt exprimere

magnitudinē affectus quem sacerdos habere debet. Dicuntur eciam verba ista in plurali. hec dona ꝛc propter diuersitatē specierum atqꝫ substantiarū panis et vini Et ad hec verba sꝫ hec dona / hec munera / hec sancta sacrificia. tres fiūt cruces ad designandum triplicem christi traditionē sꝫ a patre ex grā a iuda ex auaricia. a iudeis ex inuidia. Et signū crucis tribus digitis exprimendū est. que sub inuocatiōe trinitatis exprimitur. ꝛ a superiori trahitur ad inferius. quia christꝰ de celo trāsit ad terram. et producitur a sinistra ad dextram quia de miseria transire debemus ad gloriā. sicut christus transit de morte ad vitam. de inferno ad paradisum. Sequitˀ Inprimis tibi offe. pro eccle. t. sanc. ca. quampacifi. custo. adu. ꝛ regere dig. to. or. ter. vna cum fa. tuo pa. no. et antis. no. et re. no. et omnibus ortho. atqꝫ cat. et apost. fi. cultoribus. Nota ꝙ sacerdos gerit typum persone communis et representat christum. et ideo dicit offerimus. ad denotandū ꝙ sacerdos non tantū in sua. sed totius ecclesie persona sacrificat quapropter non minus vel maius perficitur a sacerdote bono vel malo. sed tamen si malus recipit. ad eternam damnationem sibi recipit. si bonus ad vitam eternam.

¶ Memento famulorum famularumqꝫ tuarum. Hic age memoriam tui ipsius. consanguineorum. parentum spiritualiū et carnalium benefactorum. inimicorum. et eorum qui se tibi commendarunt. vel pro filijs confessionis. vel ꝑ quibus orare teneris. Et sp in genitiuo ista omnia debent memorari sub hac forma. Memento primo mei indigni sacerdotis gratiam mihi tribuendo. vt hoc sacrificium laudis valeā offerre digne tibi et omnibus sanctis tuis ad honorem. mihi et omnibus ꝓ quibus teneor ad salutem ac prosperitatē Itaqꝫ memento parentum tam spiritualium ꝙꝫ carnaliū. fratrū sororum. amicorum. benefactorū in genere. In specie. N. tribue illis iuxta tuam sanctam voluntatem. eorumqꝫ corporis et anime necessitatem. et omnium inimicorum atqꝫ infidelium. reuoca eos ab erroribus et insidijs eorum. vt omnes gratiam tuā obtine

re valeamus. Multum em̄ laudabile est q̄ sacerdos seruet per sonarum ordinem secundum merita et dignitates. Postq̄ꝫ sui ipsius parentumq̄ꝫ suorum memoriam habuerit. neq̄ꝫ est neces se q̄ nomina propria exprimātur. eo q̄ deo nihil latet. sꝫ solū intentionem et affectum ad has personas, pro quibus orare vult. gerat.

¶ Et omnium circumstan. q. fi. ti. cog. est et no. deuo. p qui. ti. off. vl' qui ti. off. hoc sa. laudis pro se suisq̄ꝫ om. p re dem. ani. su. pro spe. sa. et incolu. sue. tibiq̄ꝫ red. vo. s. eter deo. vi. et vero. Ex qua oratione notat̄ q̄ꝫ salubre est cunctis presentialiter sacram missam audientibus. quia pro omnibꝰ his qui bona fide lacrimosaq̄ꝫ deuotione assistunt suppliciter sacerdos exorat. Vnde notandum q̄ sacerdos legalis intrans sanctum sanctorum erat indutꝰ superhumerali quod in vtro tꝫ humero habebat vnum magnum et preciosum lapidem oni chinum. in quo erant sculpta sex nomina filiorum israel sex sꝫ in vno et reliqua sex in altero. iuxta ordinem natiuitatis eorū. que simul sunt duodecim. quia ipse sacerdos totum portabat onus in humeris suis Exodi. xxviij. Similiter erat indutus alia veste que dicitur rationale. et in illa circa pectus erāt. xij lapides preciosi et in quolibet eorum erat sculptum vnū nomē duodecim filiorū israel quia sacerdos ille habuit oēm populuꝫ in pectore iugis memorie. Aaron sic dispositꝰ portabit iniqui tates filiorum israel. que obtulerunt filij israel in cunctis mu neribus suis Et sic anxiatus onere peccatorum. sui et totius populi precabatur deum vt saltim meritis patriarcharum du odecim dignaretur populo propiciari. Sic eciā sacerdos euā gelicꝰ in sancto sanctorum eleuat hic humeros suos quibꝰ im positum est totū onus populi. pro quo ex nimia anxietate spi ritus precatur dominum vt saltim meritis patriarcharum sꝫ duodecim apostolorum quorum nomina hic recitat ꝛc̄. Simi liter habet in pectus iugis meditationis opus populi ad oran dum pro eo et precipue pro illis quorū stipendijs et elemosinis sustentatur et quorum memoriam ante habuit. et hoc etiam

meritis duodecim martirū quoꝝ etiā noīa hic recitat Sequit
¶ Cōmunicātes (scilicet in vnitate fidei cum sctis hic in via) ꝛ meōꝛiā venera. impꝛi. glo. sꝫ virginis marie genitricis dei et dn̄i nostri hiesu christi Sed et btōꝝ apostoloꝛū Petri Pauli Andree Jacobi Johānis Thome Jacobi Philippi Bartholomei Mathei Simonis et Thadei Lini Cleti Clemētis Sixti Cornelij Cipꝛiani Larentij Crisogoni Johannis et Pauli Cosme et Damiani Et oīm sctōꝝ tuoꝝ quoꝝ meritis p̄cibusq̄ cōce. vt in oīb⁹ ptec. tu. munia. aux. Per eund̄ xp̄m do. no.
¶ Circa quod queritur Quare alij sancti martires non sunt impositi ad canonem: qui tamen maximis passionibus atq̄ mirabilibus claruerunt sicut sanct⁹ Stephanus pthomartir vel beatus apostolus Barnabas. Respondet̄ q̄ canon iste ex inspiratione diuina est compositus: ideo isti ex diuina inspiratione vel reuelacōe sunt inserti vel inscripti et nō alij Unde legitur q̄ alqui sancti patres voluerūt aliquos inserere et aliquos remouere: in crastino noīa illoꝛum qui remouebantur inuenta fuerūt aureis litteris inscripta Quapꝛopter nullus tāte audatie esse debet q̄ aliquē sanctum in canone addere vel deponere pꝛesumat.
¶ Et omnium sanctoꝛum tuoꝛum Jlla clausula scd̄m beatū Hieronymū apponitur generaliter cum festiuitates et memoꝛia omnium sanctoꝛum singulis diebus celebꝛari vl̄ haberi nō potest vt saltim in genere memoꝛia eoꝛum sic obseruetur addita Nam scd̄m Eusebiū in quolibet die anni plusq̄ quinq̄ milia sanctoꝛū festa concurrunt excepto die kalendarum Januarij q̄ intendebant gentiles epulis et solemnitatibus et nō persecucionibus sanctoꝛum siue sanctarum.
¶ Dubitatur quare hic in canone: sanctoꝛum memoꝛiam obseruam⁹ et eoꝛū auxiliū imploꝛam⁹ Dicendū q̄ ecclesia memoratur sctōꝝ noui testamēti in cōsecratione hui⁹ sacrificij nō vt aliquid operent̄ ad huius sacramenti cōsecrationē sed vt eoꝛū meritis iuuemur et sctificemur q̄tin⁹ digne et salubꝛiter huius sacrificij oblationē pficiam⁹ Concluditur tandem hec oꝛatio

Per eundē ch. d. n. quia sicut per ipsum omnia facta sunt sic et omnia per ipsum sunt terminā da. Et non respondetur hic Amen. quia vt dicit rationale. pie creditur et indubitāter presumitur. q iam assint angeli ipsi sacerdoti ministrantes et loco ministri Amen respondentes.

¶ Hanc igitur oblationem. i. oblatum sacrificium ser. no. sed et cunc. fa. tue. ques. do. vt pla. ac. diesqꝫ no. in. t. pa. dis. atqꝫ ab eter. dam. nos. eripi et in elec. tu. iube. gre. nume. Per ch. d. nostrum

¶ Legendo hanc orationem sacerdos profunde et deuote inclinat. Et significat deductionem christi impetuosam mane de domo Cayphe ad Pilatum. et deinde a pilato ad herodem demisso vultu et verecundo. et nudis pedibus incedentis. cū magna festinatiōe et omni clamore conuicia audiētis Et mater eius cum indicibili dolore eū sequitur a longe. Et corā herode tanꝗ agnus mansuetissimus non aperiēs os suū ad multa ab eo interrogata inclinato capite stetit. Quare herodes hiesum illusum et indutum alba veste et longa. tanꝗ stultum ad pilatū remisit et propter longitudinē illius vestis. ꝛ ꝓpter impetū iudeorum credit̄ sepius corruisse in via. et hoc signat̄ per humilē capitis inclinationē et bassam totius corporis depressionē. dum orat hanc deuotā orationē que est ꝯclusio omniū predictorū specialiter huius quod ꝑ oblationē huius sacrificij impetrare intendimus. Et potest esse sententia ipsius qꝛ sancti tui domine quorum cōmemoratio iam acta est. nobis ritum et formam tradiderunt Ipsumqꝫ offerendo gratiam cōsecuti sunt. sic et nos meritis ꝛ precibus eorū. tua solita protectione muniri confidimus. Iccirco illis pro nobis sic intercedentibus. rogamus confidenter quatinꝰ tu deꝰ pater per christum. d. n. idem sacrificium quod tibi soli deo vera adoratione impendimus. placatus meritis et intercessionibus sanctorum tuorum approbando accipias. vt hoc sacrificiū tranquillitatem pacis. liberationem ab eterna damnatione. ꝛ consortium omnium sanctorum tuorum nobis obtineat.

¶ Quam oblationem tu deus in omnibus quesumus benedi ctam. Hec crux significat ꝙ iudei contra innocentem christū clamabant tolli et crucifigi. et maledictū barrabam dimitti. ¶ Ascri✠ptam et significat hec crux xp̄m traditū militibus ad flagellandum qui nudauerūt eū coram tota cohorte homi- num vtriusq; sexus. et cum immanissime flagellis ceciderunt et vsq; ad costas verberibus laceratus. sic ꝙ a vertice capitis vsq; ad plantam pedum nō fuit in eo sanitas. quousq; tortori bꝰ ꝗ̄ inspectoribus fatigatis iuber̄ solui. ¶ Ratā ✠ rationa bilem acceptabilemq; facere digneris. Hec crux significat qđ induerunt eum vestem laceratam. purpuream. derisoriam tā ꝗ̄ regnare volentem. ¶ Sequitur. Vt nobis cor✠pus Hec crux significat ꝙ capiti eius coronam spineam vsq; ad cerebrū violenter impresserunt vt sanguis eius ex capite copiose deflu ens frontem genas et collum rubricaret. et plus ꝗ̄ mille pun- cturis vulnerauerunt. ¶ Sequitur. Et san✠guis Signifi cat ꝙ dederunt ei arundinem in manu dextra ad modum scep tri regalis. flectentes derisorie genua coram eo dicentes. Aue rex iudeorum Dantes ei alapas. et exspuentes in faciem eius et arundine caput eius percusserunt. vt spine eo fortius intra rent. ¶ Fiat dilectissimi filij tui. Hic erige manus tuas ex in- tima deuotione cum suspirio in celum. q. d. O dulcissime pa- ter non dedigneris ꝙ ego pauper et inimicus ausus sum tam magnifica postulare. quia si rogarem a te celum et terraz mo dicum esset. Sed postulare a te corpus et sanguinē filij tui vni geniti. vt tam sub immundis manibus crearetur quis non cō tremisceret. ¶ Qui pridie ꝗ̄ pateret̄ accepit pa. in sanc. ac vene. ma. su. Hic cogita. O pie pater recordare timoris do- loris et angustie quam suū dulcissimū cor tunc sentit. ¶ Et eleuatis oculis ad te deū pa. suum omnipo. tibi gratias agēs benedixit, fregit et de. disci. suis dicens. Accipi. et manduca. ex hoc oēs. Hoc est em̄ corpꝰ meū. Ita quoq; sacerdos cū sum ma deuotione cordis debet eleuare oculos ad celū: et cogitare ꝙ per illam crucem significatur. quia hec crux notat ꝙ pilatꝰ

D

hiesum sic indutum veste purpurea / flagellatum / spinis coro
natum / arundinem in dextra tenentem / funē vero in brachio
quo prius ad columnā ligatus erat / facie in terra dimissa / et
sanguine per oculos / genas / nares et collum copiose decurrē
te : sic deformatum : omni populo ostendit clamans Johānis
decimonono Ecce homo Et iterum Ecce rex vester Quā qui
dem opprobriosam ostensionem repetit sacerdos in eleuatiōe
corporis christi ostendens eum om̄i populo Et sicut illi clama
bant voce canina Tolle tolle crucifige eum / sic nos ecōtra vi
dentes cum suspirio dicamus Aue salus mūdi Hora eleuatio
nis nola pulsatur . qꝛ in lege Moysi tp̱e sacrificij tubis clange
bant . et sic etiam laudamus eum in cymbalis Et etiā vt po-
pulus preparet se ad deuotionem et orationem candele ꝛ faces
accendantur . quia corda fidelium circumstātium accendi de
bent deuotius et inflāmari feruentius Vnde sanct⁹ Gregori⁹
dicit ꝙ in instanti prolationis verborum horum Hoc est enim
corpus meū / celi aperiuntur / celestium curie adueniunt cum
verbo dei incarnato ad vocē sacerdotis Et sacerdos debet di
cere verba consecrationis cū intentione conficiendi in persona
christi : et sic christus in p̱sona sacerdotis conficit . in signum
ꝙ vnum sint christus et sacerdos . quia dicit̄ Hoc ē corp⁹ meū.
¶ Simili modo postq̄ꝫ cena . est accipi . hūc preclarum cali-
cem in sctās ac vene . ma . su . grās agens bn̄ ✠ dixit Hec crux
notat ꝙ hies⁹ crucē suā in ꝓprijs humeris portauit posteriorē
ei⁹ p̱tem sup̱ terrā trahens / curuat⁹ / cruentat⁹ cū magna cō
fusione factus opprobriū hoīm Et tamen exultauit in spū vt
gigas ad currendā viā ad montē caluarie Et ibidem coram to
ta multitudīe nudat⁹ . qꝛ vestē ei⁹ in vulnerib⁹ coagulatā vio
lēter extraxerūt : adeo dire : ꝙ oīa vulnera ei⁹ denuo apta erāt
ex quib⁹ sanguis ei⁹ copiosissīe effluxit Et illa extractio vestis
in vulnerib⁹ indurate : erat ei grauissiā pena excedēs p̄cedētes
¶ Dedit dis . suis dicens Accipite et bibite ex eo om̄es Hic est
em̄ calix noui ꝛ etni testa . mis . si . qui ꝓ vo . ꝛ mult̄ effun . in
remissionē pctōꝝ Tūc eleuatur calix ꝯsecrat⁹ Et significat ꝙ

postea cū violentia eū sup̄ crucē in terrā nudū deiecerūt. et ita atrociter eū extenderūt sup̄ terrā vt ossa eius dinumerari poterant. et manus eius ac pedes obtusis et grossis clauis cruci affixerūt. ⁊ crucē cū corp̄e erexerūt cū impetu et magna vi. ita ꝙ oīa vulnera manuū ⁊ pedū dilacerabant̄ ⁊ sanguis copiosissīe defluxit Et sic int̄ malefactores eleuatꝰ ⁊ ꝯputatꝰ ē De q̄ hie.

Postq̄ȝ ad caluarie venit gens impia collem

In terram statuere crucem: cruce et inde supinum

Constituere hiesum: sanctas quoq̄ȝ cuspide ferro

Inde manus: atq̄ȝ inde pedes fixere beatos

O dolor o pietas medium statuere nephandos

Inter raptores: atq̄ȝ est connumeratus in illis

¶ Hoc sacramētū debȝ solū sumi a sacerdotibꝰ eccl̄e sub vtraq̄ȝ spē q̄ celebrāt ꝓ toto ppl̄o apꝰ q̄s sp̄ fuit ⁊ ē de necessitate p̄cepti saltē eccl̄e q̄ꝛ ƀm docto. sacerdotes plꝰ obligāt̄ hoc facere q̄ȝ ꝙ ieiuni celebrēt. hoc v̄o nō ꝑtinet ad laicos. q̄ȝuis aliq̄ volūt dicere ꝙ ī p̄mitiā eccl̄a ꝯsuetudo opposita huic fuissȝ obſuata. possit q̄dē ꝯcedi. q̄ȝuis ꝓbabilꝰ videat̄ ꝙ hec obſuacō nūq̄ȝ a t̄pe doctoꝝ cōis apꝰ oēs extiterit. ⁊ ē valde mirādū ꝙ aduersarij eccl̄ie ex hac autoritate xp̄i Nisi mādugaueritꝭ carnē filij hoīs ⁊ biberitꝭ eiꝰ sanguinē nō habebitꝭ vitā ī vobis Johā. 6. volūt ꝯcludere ineuitabil̄r errorē suū. ⁊ nō attēdūt ꝙ ī eoꝺ ca. xp̄s p̄misit Ego suȝ paīs viuꝰ / q̄ mādugauerit ex hoc pane viuet ī etnū. vbi nihil loq̄t̄ de potu ⁊ ideo mēdacē faciūt xp̄m. si req̄rat̄ etiā cū manducatione sacramētali panis sumptio vini sacramētalis Xp̄s āt verax ē ⁊ mēdatiū nō ē inuētū ī ore eiꝰ. q̄ dicit nos ex sola manducatione panis non solum consequi vitam: sed vitaȝ eternam. ergo sanguinem bibere: laycis non est de necessitate

salutis Hoc enim affirmat et in vsu habet tota vniuersalis ec-
clesia et ab omnibus ita obseruari debet. Nam scriptura sa-
cra in sui receptione et expositione autentica finaliter resoluit
in auctoritatē receptionem et approbationē vniuersalis eccle
sie presertim primitiue: que recepit eā et eius intellectū imme
diate a christo. et reuelante spū sctō in die penthecostes et ali
as pluries patet. ꝙ q: Mathe⁹ scripserit veraciter euangeliū
et Nicodemus nō. solū habem⁹ ab auctoritate ecclesie Juxta
illud augustini Euāgelio nō crederem nisi me auctoritas eccle
sie cōpulisset Hec em̄ est ineffabilis regula a spū sctō data vel
directa que in hijs que fidei sunt nec fallere potest nec falli. ꝓ
bationes omitto q: hoc ē primū ⁊ precipuū in fide tenendum.
quo nō credito nō super est arguere ꝯtra sic negantē: sicut nec
cōtra negantē prima principia in moralibus et speculabilib⁹
arguendū esse tradit Aristotiles Nunc posito casu ꝙ in primi
tiua ecclesia fuisset ad temp⁹ ante multiplicationem fidelium
cōsuetudo talis scȝ cōmunicatio laicoꝝ sub vtraqȝ specie obser
uata Sȝ post multiplicationē fideliū postꝗ̄ fides fuit diuulga
ta ꝑ vniuersum mundū per apostolos et alios missos discipłos
presens ꝯsuetudo scȝ de nō cōmunicādo laicos sub vtraqȝ spē li-
cite et racionabiliter est introducta et obseruari debet inuaria
biliter. et hoc ꝓpter causas sequētes Propter euitationē mul
tiplicis periculi irreuerētie et scandali: circa susceptionem hu
iusmodi benedicti sacramēti Primū periculū in effusione Se-
cundū in deportacōe de loco ad locū Tertiū in vasorū sordida
tione que deberēt esse sacrata: nec passim tractata vel tacta a
laicis Quartū in barbis longis laicorū Quintū in ꝯseruatio
ne ꝓ infirmis. qm̄ posset in vase acetū generari. et ita desine-
ret ibi esse sanguis christi. nec suscipiendū esset nec nouiter cō
secrandū sine missa. Et fieri posset ꝙ daretur acetū purum ꝓ
sanguine christi. addito ꝙ in estate bibiones aut musce genera
rent: ꝗ̄tūcunqȝ esset vas clausum. qñqȝ etiam putresceret aut
fieret velut abhominabile ad bibendū Et hec ratio est efficax
valde Et ex alia ratione qn̄ alij multi prebibissent. Et queritur

in quo vase fieret cōsecratio tanti vini: q̄ꝝtum requirit̄ in pascate ꝑ decem aut viginti milib⁹ ꝑsonarū. Sextū damnū esset in sumptuositate vini saltim apud multas partes in quib⁹ vix inueniuntur ad celebrandū et alibi chare cōparatur Esset p̄terea periculū in cōgelatione Esset rursus periculum in false credulitatis inductiōe Et hoc multiplicitur. Primo ꝙ tanta eēt dignitas laicorū circa susceptionē corpis christi sicut ⁊ sacerdotum Scdo ꝙ hoc facere sp̄ fuit et ē necessitatis: ⁊ ita perierūt omēs. et perierūt aliter sentientes facientes aut docentes Et omēs generaliter tam clerici q̄ꝝ doctores et prelati qui nō possetenus opposuerūt se tali ꝯsuetudini / verbis / scriptis aut sententijs. et ꝙ sacram scripturā omēs illi peruerterēt Tertio ꝙ virtus hui⁹ sacramēti nō est principalius in cōsecratione q̄ꝝ in sumptione Quarto ꝙ ecclesia romana nō rite sentit de sacramentis nec in hoc esset imitanda Quinto ꝙ cōcilia generalia et specialiter Cōstan. errauerūt in fide ⁊ bonis moribus Sexto multipliciter occasio esset seditionū et scismatū in christianitate nostra sicut experientia nūc manifestat in Bohemia q̄ seditio nedum sp̄ualem sed tp̄alem dissipationē tendit. intantum vt omēs ꝓ ecclesia romana militātes expulsi necati et proscripti sunt Deus autem ꝓpter suam benignitatē det eis redire ad cor et intelligentiā cū filio prodigo reuertendo ad matrez videlicet sanctam ecclesiam.

¶ Calice deposito dicat sacerdos Hec quocienscunqꝫ feceritis in ei⁹ meōriā facietis / adorando sanguinē christi cū reuerētiali inclinatione: cogitans O mirabilis ⁊ innocens preciose sanguis miserere nobis pctōribus amore illi⁹ charitatiue effusionis quo pro nobis de beatissimis vulneribus effluxisti Et hoc obserua quocienscumqꝫ discooperies calicem.

¶ Vnde et memo. dn̄e nos tu. ser. sed et plebs tu. sanc. eius. christi fi. tu. dn̄i dei no. tam be. pas. necnō ab infe. resur. sꝫ et in ce. glori. ascen. offe. precla. maiest. tu. de tuis donis ac datis Hec oratio extensis legitur manibus Et hec extensio brachiorū significat extensionē brachiorū christi et toti⁹ corporis

tribꝰ horis in cruce viuētis in medio duoꝝ latronū: ꝛcū scele ratꝭ reputatꝰ ē ꝛ clauis manuū ꝛ pedū initebaт̄ totū pōdꝰ cor poris ꝛ sic dilacerabāт̄ ꝛ fundebāт̄ foramia manuū et pedū cōti nue Vn̄ O hō si vidisses eū tā miserabilr pendētē defecissꝫ aīa tua pre dolore ❡ Hostiā ✠ purā Hec crux notat xp̄i crucifixi illusionē clamātibus vulgaribus Vach qui destruis templū ꝛ in triduo reedificas ipsum Et a principibus dicentibus Si fi lius dei est descendat nunc de cruce Et a militibus offerentibꝰ ei acetum Hiesus vero pro eisdem orauit patrem suum lachri mis et clamore valido mixtus sanguine in genis eius existente dicens Pater dimitte eis quia nesciunt quid faciunt Et petas vt eandem ꝑ te ad patrem dirigat sanguinolentis lachrimis. ❡ Hostiam ✠ sanctam Hec crux significat exprobrationē sibi a latrone sinistro factā / quē increpans alter dixit Memento mei dn̄e dū veneris in regnū tuū Cui christus ait Hodie mecū eris in paradiso. Hunc latronem aspersit christꝰ sanguine suo de dextra manu fluente et saltante scd̄m Alexandrū de Halis et sic mūdauit eū ❡ Hostiā ✠ immaculatā Crux hec significat tormētū ꝯpassionis doloris mr̄is cui dixit intime ꝯpaciēs Mu lier ecce filiꝰ tuꝰ Deinde dixit discip̄lo Ecce mr̄ tua De q̄ poe.

Venerat ergo hiesu mater comitata cohorte

Femina laniata comas laniataqꝫ pallam

Pectora contundens pugnis: hanc natus ab alto

Prospiciens: pariterqꝫ suum superesse iohannem

Talia dehinc matris dimisso nomine fatur

O mulier tibi natus hic est tua cura iohannes

Tu vero spes sola tuam hanc solabere matrem

Nec plures lasso rupit de pectore voces

¶ Panē sctm̄ ✠ vite et̄ne Crux hec q̄rta significat tormentū sue derelictiōis a deo prē cū dixit Heli heli lamazabatani Hoc est Deus meus deus meus vt quid me dereliquisti.

¶ Et calicem ✠ salutis ꝑpetue Hec quīta crux significat quītum verbum quod hiesus in cruce locutus est. et tormentum potatiōis aceti ⁊ fellis dū vt p̄sciens potū amarū sibi dandū pecijt dicēs Sitio At illi dederūt sibi acetū cū felle mixtū Vn̄.

His actis inscripta hiesus secum omnia voluens

Et quecumq; sacri de se dixere prophete

Clamauit gens praua: tue mihi magna salutis

Est sitis: ecce canes raptimq; sine ordine currunt

Crudelesq; parant succos: et pocula condunt

Isopus infelix acri miscetur aceto

Atq; hiesu apponunt ori: sed tristia postq;

Pocula sunt primis christi percepta labellis

¶ Supra que propiti. ac sere, multu, respi. digne. et accep. habe. sicut accep. habe. dig. es mu. pu. t. iusti Abel. et sa. patri no. Abra. et quod tibi obtu. sum sacer' tu. Melch. sanc sa. imma. hostiā. Hanc orationem legentes. quidam extensis manibus super mensam altaris supra vtranq; partem oblate legunt. quia sacerdos legalis offerens hircū in sancta sanctorum pro peccatis populorū. posita vtraq; manu super caput eius. confitebat̄ omnia peccata populi israhel. qui imprecās capiti eius hirci emissarij quem emittit in desertum Leui. xvi Qui portauit iniquitates eorū. Sic sacerdos in altari ponit

vtranq3 manum super hostiam, in signum q ipse sacerdos offerens confitetur iniquitates omnium, z precipue missam audientium, et illorum quorum memoriam habuit. Nos vero Cistercienses animatum curam non habentes, extensis manibus in modū crucis stando perseueramus. eo q presens oratio continuatur ad precedentem Ideo sic fixi in precedenti passionis cristi memoria perseuerantes sumus, istorum memoriam agendo puta Abel Abrahe et Melchisedech. In quorum oblationib⁹ hoc sacrum sacrificium est figuratū deo patri hec sancta dona et data deuota mente offeramus. ¶ Supplices rogamus omnipo. deus iube hec perfer. per ma. s. ange. tui in subli. al. tuum in conspec. diui. maies. t. vt quotquot ex hac alta. participa. Hic quidam ad dexteram partem altaris faciunt crucem. eandem osculando. quidam vero sine cruce altare osculantur. per quod osculum figuratur penultimum verbū quod dixit in cruce scilicet Consumatum est.

Omnia voce refert iamiam consumpsimus. et hec

¶ Sacro sanctum filij tui cor✠pus. Hic facit crucem super hostiam consecratam Et fit in memoriam passionū quas cristus passus est in toto corpore quasi clamans illud prophete. O vos omnes qui transitis per viam attendite et videte. si est dolor meus sicut dolor vester. Trenorum. j. ¶ Et san✠guinem sumpserim⁹. Hec secūda crux que dicit̄ sup sanguinē, notat sanguinē effusuz z corp⁹ torridū relictū vt dicit. b. Ergo. Cuius corpus sanctissimum in ara crucis torridum, et sic inclinato capite clamās voce magna et rauca lachrimando. protulit septimū verbū sz Pater in man⁹ tuas ꝯmendo spm̄ meū. Et hoc dicens expirauit.

Cum memorat ceruix vltro collapsa recumbit

Spiritus et tepidos linquit feliciter artus

¶ Omni benedictione✠celesti gratia repleamur Per eundē

christum dominum nostruz. Illa est crux que fit super illo verbo benedictione et facit in faciez suam. sacerdos notare potest titulum scriptum super caput hiesu. Hiesus Nazarenus Rex Judeorum. Hunc titulum triumphalem dyabolus maxime perhorrescit. ergo munimus nos eo in facie contra dyabolum De quo titulo iudei multum moti ad pilatum dixerunt. Noli scribere. rex iudeorum. sed quia ipse dixit Rex sum iudeorum.

Vtq; solent mestis tituli superesse sepulchris

Carmine sic vasto signat crucis ora pilatus

Significatq; illa pendere ex arbore christum

Nazareth eductum: tali notat atq; tabella

Rex erat iste hiesus iudeum qui manet ista

In cruce: et hunc versum plures legere: pilatum

Vltro accusantes: regem hunc inscribere noli

At quia se dixit regem: sed talia reddit

Pontius eterno manet: hoc carmine scriptum

¶ Memēto etiam domine fa. fa. q; tu. et eorum qui nos precesse cum sig. fi. et dor. in som. pa. Memoria mortuorum gti. i. parentum et consanguineorum. Datiui. quor stipendijs viuis. Accusatiui. i. inimicorum. Vocatiui. i. illorū pro quibus rogatus es. Ablatiui. i. pro omnibus fidelibus defunctis. Etiam pro illis qui tibi confessi sunt. ¶ Hic silentium fit. Et significat christum mortuum in cruce pendentem. animā vero eius ad limbum patrum descendentem. Et ergo rogamus vt nunc dignetur descendere ad purgatorium inde animas li-

berando ſicut tūc aīas de lymbo liberauit dicētes. Ipſis do
mine et omnibus in criſto quieſcentibus locū refrigerij. lucis ⁊
pacis vt indulgeas deprecamur Per eundem criſtum do. no.
¶ Poſtea tunde pectus cum exaltatione vocis et ſuſpirio di-
cendo. Nobis peccatoribꝰ. Et ſignificat ꝙ Centurio et iudei
plurimi percutiētes pectora ſua timuerūt valde. audientes ꝙ
hieſus moriens clamauit. et ꝙ ſol obſcuratus ſit a ſexta hora
vſqꝫ ad nonā. Q; terra mota eſt et tremuit. Q; velū templi
ſciſſum eſt. Petre ſciſſe ſunt ex motu terre Quibus ſacerdos ſe
conformās. recognoſcit ſe peccatorem dicens Nobis qui pro
alijs interceſſimꝰ. cum tñ magis nos hac indigeamꝰ gratia.
ad Hebreos. v. Quēadmodū pro alijs. ita ꝑ ſe et pro peccatꝭ
offerre debet. Et licet omni tpe debeamꝰ ex toto corde nos pec
catores recognoſcere. precipue tamen in ſacrifitio miſſe. cum
in remiſſionem peccatorū hoc ſacro ſanctum celebratur miſte-
rium. cogitādo ex profundo corde. Heu ꝙ aīa mea non com
pungitur pro peccatis. ꝑ quibꝰ neceſſe fuit lancea vulnerari
latus tuū. o hieſu. et violari clauis manus tuas ⁊ pedes Heu
ꝙ non lacrimatur amaritudine ſpiritus meus. et cum tu deus
meus ꝑ me potatꝰ fueris amaritudine. ¶ Nobis quoqꝫ peccato-
ribus famu. tu. de multitu. miſe. tu. ſperā. par. ali. et ſocie.
dona. dig. cū tu. ſanc. apo. et marti. Johan. Steff. Ma.
Barna. Igna. et Alexan. Pet. Feli. Perpe. Aga. Lu. Ag.
Cecilia. Anaſta. et cū oībus ſanctꝭ tuis Intra quoꝝ nos ꝯſor.
nō eſti. meriti. ſed venie queſu. largi. admitte. Per cri. d. n.
Et non reſpōdetur hic ab hoīe aſtāte Amē Nec in toto cano-
ne. qꝛ firmiter creditꝭ ꝙ ab angelis circūſtantibꝰ reſpondetur.
amē. vt dictū eſt. ¶ Per quem hec oīa ſp̄ bona creas. Hec eſt
totiꝰ canonis ꝯcluſio. Et innuitur in his octo crucibus epilo-
gus totiꝰ paſſiōis dñi. no. hie. criſti. ¶ San ✠ ctificas. Hec
crux notat crucifixionē factā hora tertia liguis iudeoꝝ clamāci
um Tolle tolle crucifige eū dū ſtetit corā pilato ⁊ tota cohorte.
indutꝰ veſte purpurea. corona ſpinea in capite ¶ Viuifi ✠
cas. Hec crux ſignificat crucifixionem factam hora ſexta cū ele
uatꝰ fuit in cruce in eam affixus. ¶ Bene ✠ dicis. Hec tertia

crux significat crucifixionē hora nona in cruce factā. ❡ Et prestas nobis) Hic flexis genub⁹. coniunctis manib⁹ adora eū Petas licentiā quo audeas eū tāgere Et cogita ꝙ Johā. baptista cōtremuit ⁊ non audebat tangere sanctū dei verticem Et depone corporale de calice. Consecrata hostia cum manu dextra eleuata. tres cruces sup calicē sacerdos facit. ❡ Per ip ✠ sum. cum ip ✠ so. et in ip ✠ so Et significat ꝙ crucifixio facta sit spatio triū horarū quo vixit in cruce. ideo sic fiūt tres cruces. Fuit em̄ crist⁹ cōtinue illis tribus horis in maxio crutiatu et in mlta sanguinis effusione sustentat⁹ clauis manuum et pedū quib⁹ totū corp⁹ innitebatur. et sic ꝯtinue dilacerabātur vulnerū foramina(❡ Est tibi deo patri om ✠ nipotēti In vni ✠ tate spūssancti. ois honor et glia Iste due vltime cruces signāt sanguinē ⁊ aquā de corde hiesu trāsfixo fluētes. Cistertieñ. hic tm̄ vnā faciūt crucē añ orā ipius calicis et idē significat. Et calix interi⁹ vltio tāgi solet cū obla ta Et significat aptionem lateris cū lācea de quo exiuit sanguis et aqua

Judei interea quoniam sacra festa manebant

Sabbaticusq̧ dies aderat rogauere pilatum

Vt iubeat ferro contundi membra virorum

Ne suspensa die superessent corpora sancto

Turbarunt primiq̧ infringunt crura latronis

Atq̧ vna alterius dum vero cetera lustrant

Vtq̧ hiesu sanctos non firmet spiritus artus

Ossa illesa sinunt valida. sed feruidus hasta

Miles erat qui dulce hiesu latus hausit apertum

Ex templo tali fluxit de vulnere sanguis

Mixtus aqua: obstupuere omnes: miratus et ip̃e

Est miles: veniamq; sui petit ille reatus

¶ Et hic trahit̃ vltima crux ✠ a summitate calick q̃i vsq; ad pedẽ ei⁹. ⁊ reducit̃ iter̃ sursuz q: aĩa xp̃i a corp̃e sep̃ata descẽdit ad limbũ ⁊ rediȷ̃t Toto hoc tp̃e sacerdos stabit incliãto capite instar ihũ ĩ cruce pẽdẽtk: ostẽdentis spõse sue cor suũ vocando aĩam fidelem a se auersam per intimum sui amoris signum.

Dulcis amica veni hiesumq; auersa vocantem

Respice: et ardenti amplectar te pectore charam

Dulcis amor quo sola fugis: nam tuta per altas

Transteris nunq̃ sine me caliginis vmbras

Ille anima: ille tuus: heu nunc cognosce creator

Ille ego sum flagrans et viuo sautius igni

Quem noua flamma tue quem cura salutis adurit

Huc celeres: huc flecte gradus: hoc aspice lignum

Quo super infixus ne iam damnata subires

Crudeles penas: ego te miseranda redemi

Expecto: ac nimium dilecto accenssus amore

Brachia aperta dedi frontemq; ad oscula flexi

¶ Per omnia secula seculorum. Dicit alta voce in signum q
hic est finis canonis Et eleuatur corpus christi parū cū calice
vsqz post dictū orem⁹ Et significat extractionē crucis de lapi
de cum corpore hiesu per nicodemū et ioseph factam Et repo
nitur christi corpus super corporale sindone mūda. Et in tali
eleuatione hoc diuinissimū corpus flexis genubus a sacerdote
debet adorari quia mater sua maria corpus eius de cruce depo
situm adorauit. ¶ Preceptis salutaribus moniti ⁊ diuina in
stitutione formati audem⁹ dicere Pater noster qui es in celis
sanctificetur nomen tuū ⁊c. Chor⁹ respōdet Sed libera nos
a malo Et cantatur vel legitur expressa et alta voce quia aīa
cristi adueniente ad limbū patrum cū magno iubilo sancti pa
tres ipsam susceperūt. In festo subdyaconus representat dya
cono discoopertam patenā ſm cisterciēses cū sacerdos dixerit
Panem nostrum cottidianū osculando ei manū. Dyaconus
post Sed libera nos a malo etiā osculans sacerdoti manū dex
tram quia patres in limbo osculati sunt cristi dextram cū dix
erunt Aduenisti desiderabilis quem expectabam⁹ in tenebris
vt ⁊c. ¶ Libera nos qs̄ domine ab omnibus malis preteri
tis presentibus et futuris et interce. pro no. bea. et glorio. sp
vir. dei geni. Ma. et cum bea. aposto. tu. Pe. et Pau. atqz
And. cum om. sanc. In ista oratiōe varij varias obseruāt cō
suetudines. Illa oratio primo debet dici ab omnibus sub si
lentio quia discipuli cristi omnes siluerūt mortuo cristo Nec
audebant publice loqui aut confiteri cristum Sed nōnulli in
fra hanc patenam eleuant quia anima cristi vt dictū est descē
dit ad inferos. patres ibi illuminās et spolians principatus et
potestates transduxit confidenter illos in semetipso palā triū
phans Et in signum victorie et triūphi eleuat et tenet sic pa
tenam Itaqz sacerdos in eadem oratiōe petit vt nos etiā libe
ret ab omni malo. ¶ Da propitius pacem in diebus nostris
quādo dicitur. tunc sacerdos ſm aliquos osculatur patenam
quia reconciliauit sanctos in limbo et nos oēs Colosenses. i.
Recōciliauit nos in corpore carnis eius per mortē Subiūgēs

vero. Vt opē miſericordie tue adiuti et a peccato ſu. ſp̄. li. et
ab omni ✠ perturbatiōe ſecuri. Hic q̄dam crucem ſignant in
faciem ſuā quia criſtus recōciliauit nos deo patri per crucem
ſuam. ⁊ ꝑ crucē deuicit infernū Dehinc ſacerdos de ore calicis
coopertoriū remouet. quia ioſeph et nicodemus ad ſepeliendū
corpus criſti lapidem ab hoſtio monumenti deuoluerunt. Et
adorabit eum tremulus anteq̄ȝ ipſum eleuat ⁊ portat ad calicē
corpus ieſu tanq̄ȝ ad ſepulchrū dicendo. Per dominū. n. i. x.
f. t. qui te. vi. et reg. in vni. ſ. ſ. deus. Frangat corpus dn̄i
ſuper calicem in tres partes. quarū vna offert̄ in laudeȝ criſti
corporis quod eſt in celo ⁊ gloria. Altera offert̄ ꝓ illis qui ſunt
in miſeria Et quia miſeria eſt illorū qui ſunt in purgatorio. et
illorū qui ſunt in hoc mūdo predeſtinati Et ideo diuiſa hoſti
a primo in duas partes Alia medietas ſubdiuidit̄ cū dicit. in
vnitate. ſ. ſ. deus. dicendo Per omnia ſecula ſeculorum Hoc
ſacerdos alta voce dicere debet parū ſcd̄m quoſdā caliceȝ eleuā
do. quia criſtus regreſſus eſt ab inferis cuȝ ſpolio et triumpho
et pompa nobili. ¶ Dicto Per omnia ſecula ſeculorū faciat
ad Par ✠ domini intra calicē vnā cruceȝ Aliā ad Sit ✠ ſem
per Tertiam ad Vo ✠ biſcum ſȝ parti corporis chriſti miſtici
hoc eſt fidelibus ſignificate per partem immergendā ſub tribu
lationibus preſentis vite agoniſanti. petit ſacerdos pacē pec-
toris in preſenti vita per gratiā. ⁊ pacem eternitatis in futuro
per gloriaȝ Et ille tres ſignificant ꝙ criſti corpus tribus diebꝰ
fuit in ſepulchro et anima in limbo patrum.

Sequit̄ vltima pars ſacre miſſe.

Vnc ſequit̄ vltima pars ſacre miſſe. criſti reſurre
ctionē repreſentans. Nam poſt hoc immittit illā
partem corporis criſti in calicem dicēdo. Fiat hec
cōmix. cor. ⁊ ſang. d. n. hie. x. om. no. ſu. ſalus
men ⁊ cor. in vi. eter. Amen Significans vnionem carnis et

ſanguinis cū anima criſti in ſepulchro cū reſurrexit In triduo enim mortis criſti anima fuit ſeparata a corpore et ſanguine. et ſanguis a corpore. In reſurrectione vero illorū trium vnio fuit facta. ¶ Et quia criſtus poſt reſurrectionem ſuam dixit diſcipulis. Quorū remiſeritis peccata remittūt eis. Corpus criſti miſticū in preſenti ſeculo inter inimicos militās ꝓ remiſſione peccatorū ſupplicat pacēq; rogando quā criſtus diſcipulis ſuis dedit poſt reſurrectionez ſuam dicit. ¶ Agnus dei qui tollis peccata mundi miſerere nobis Et dona nobis pacem. In iſta vltima parte religioſi et ſacerdotes ſeculares quātum ad orationes atq; ceremonialia inter ſe ſunt multum diuerſi. Nihilominus tamez facta eorum idem repreſentāt. Religioſi quidā dicto Agnus dei. ſi miſſa ſolennis miniſtro pacē ꝯferūt. Si priuata non cōmunicanti eandem dare obmittunt et mox corpore criſti in calicē miſſo anteq̄ accipiāt corpus ⁊ ſanguinē criſti illam orationem Domine ieſu criſte fili dei viui ⁊c̄. orare incipiunt. qua completa. cum reuerentia ſuſcipitur corpus ⁊ ſanguis criſti. Sacerdotes vero ſeculares rogantes ex inſtitutione ſummorum pontificū pro pace eccleſie inclinando dicūt poſt corporis et ſanguinis cōmixtionē et agnus dei completionem. Domine iheſu criſte qui dixiſti apoſtolis tuis Pacē meā do vobis ⁊c̄. Poſtea oſculando altare et crucem in libro dicunt Pax chriſti ⁊ eccleſia dei habundet in cordib⁹ noſtris In ſignū q̄ chriſtus dedit diſcipulis ſuis pacem dicens Pax vobis. Hec cum dixiſſet oſtendit eis man⁹ et latus In huius ſignum ſacerdotes cancellatis manibus vertunt ſe ad miniſtrum oſtendentes ei man⁹ oſculādo ymaginē ſibi a miniſtro preſentatā et dicentes Pax tecum habetote vinculū pacis et charitatis vt aptus ſis ſacris miſterijs chriſti Significat q̄ chriſt⁹ iterū dixit eis Pax vobis ⁊c̄ Et cū hoc dixiſſet inſufflauit et ait diſcipulis Accipite ſpm̄ ſctm̄ q̄ ſpūaliter om̄es p̄ñtes in grām cōmunicāt corde Et ſic ſacerdos dat miniſtro pacis ⁊ charitatis vinculū et ꝑ eū om̄ib⁹ qui interſunt miſſe Anteq̄ cōmunicāt quilibz ſacerdos ſecularis dicit hāc orationē inclinato corꝑe Dn̄e hieſu

christe filij dei viui qui ex volūtate ꝛc̄ Quidam post fractionē corpis christi vel hostie ꝯsecrate vt diximꝰ vnā partē in sangui nem tingunt Alij vero omnino imponūt et reliquas sup pate nam Alij vero vnā partē more alioꝝ in calicē ponunt reliquas duas in manibꝰ sunt tenētes Et sic inclinato corpe legant pre dictā orationē veluti Cistertienses nisi ministri essent ꝯmuni caturi tūc vnā partē p ministris ad patenā ponūt / reliquam p se manu obseruāt Oratione iam dicta statim sumūt corpus christi cū calice . corpꝰ tn̄ dn̄i sup calicē pcipiendo / deinde san guinē . quo facto sacerdos communicat ministros Et q̄ scd̄m apl̄m . i . Chorinthioꝝ . xi . Quotienscūqꝫ manducabimꝰ pa nem hunc et calicē dn̄i bibemꝰ / mortē dn̄i annunciabimus do nec veniet Ideo habenda est meōria passionis et mortis chri sti ante corporis et sanguinis eiusdem susceptionē celeriter ꝛ cū omni deuotiōe . corde cōtrito et reuerēter vitādo cordis distra ctionē et mentis euagationem ne perdūt deuotionē irruentes cogitationes Cogita em̄ quid tu ipse sis et quantus ille quem accepturus es qui etiam pro tuis peccatis ex nimio amore tuo opprobriosissimam sustinuit mortē et sanguine suo pciosissimo te moriens in patibulo redemit et cottidie te eodem sanguine potat et corpore nutrit Quid amplius debuit facere ꝛ nō fecit Hanc vltimā sui memoriam nobis relinquit quasi nesciens se a nobis separare sed seipsum inseparabilit sub speciebꝰ panis et vini quasi pingnus relinquēs vt quotiēs inspexeris amoris sui immēsi recorderis . et si illud pignus pfecte inspexeris absqꝫ fletu et magno desiderio ꝛ suspirio offerre ꝛ accipere nō potes

¶ Nūc sacerdotes sumentes corpus domini in manū dicunt Panem celestē ꝛc̄ Domine non sum dignus ꝛc̄ ꝛ alias orationes post canonē descriptas . Itaqꝫ de sanguine faciūt Quid retri buam domino ꝛc̄ . Calicem salutaris ꝛc̄ . Sanguis dn̄i nostri hiesu cristi quod ore sumpsimꝰ ꝛc̄ Has vtiqꝫ cum omni reueren tia legere debent . cum ingenti gratiarum accione .

¶ Communio.


¶ Cōmunio significat gaudiū ꝛ gratiaꝝ actionē de cōmunio

ne corpis ⁊ sanguinis hiesu Juxta illud prophete In voce exul
tationis et confessionis sonus epulātis. Complende legūtur
extensis manibus secundū Innocentiū Et significāt bn̄dictio
nem quā rogat fieri a deo in cōplendis siue orationib⁹ presbi-
ter. sicut christus ascensurus in celum elevatis manibus bene
dixit eis Luce. vl. Cum vero cremati essent adipes in altari
extendēs sacerdos legis antique manum ad populū benedixit
eis Leuitici. ix. Sic etiam sacerdos euangelicus hostia obla-
ta et concremata et deo patrimissa benedicit populo In festis
tamen dyaconus cantat Ite missa est. et representat illud cā
ticum angelorum scilicet Viri galilei quid statis aspiciētes in
celum ⁊c̄ Luce. vl Benedictio tamen fit a sacerdote super po
pulum per signum crucis Chorus vero congratulando respō
det Deo gratias Imitando apostolos qui adorantes eū regres
si sunt in Hierusalem cum gaudio magno. Ex hoc apparet ꝙ
missa inter omnia est opus perfectissimū quia figuratum cir-
cularis (vt inquit philosophus) perfectissima sine principio ⁊
fine Quia missa per modum circuli Christi vitam describit.
puta exitum a patre ⁊ reuersionem per viam ascensionis ad pa
trem: quare missa perfectum opus et diuinissimum esse com-
probatur Et tantum de sacratissima missa.

¶ Post finem misse non sine causa omnes libri auctentici in-
nuunt atqꝫ legi significant ex intima deuotione himnum triū
puerorum. quia sacerdotes instar puerorum iam existentes ex
sumptione sacramēti in camino ignis summe deuotionis pur
gati (et vt alter Symeon postq̄ accepit puerum hiesum in vl
nas cordis sui) ex intimis suspirijs cātant canticū Symeonis
Nunc dimittis seruum tuum domine ⁊c̄ De quo noster suauis
simus Bernhard⁹ Sacerdotes dei benedicite domino digna
deo satagentes ne vobis fiat in ruinam / quod digne sumenti
bus prouisum est in medelam. Sacerdotes dei non immerito
vos dixerim si vixeritis sacerdotaliter in domo domini. Non
enim prouenit dignitas in hoc nomine quod est sacerdos Nō

inquam ex nomine sed ex virtute. conuersatione. non offitio. merito. non vocabulo. sanctitate. non misterio. Vnde scriptura dicit. Sacerdotales viros querimus. qui plures habemus sacerdotes. Plures inquam numero. non merito. simulatione. non fide. specie. non virtute. commixtione corporali. nō vinculo spirituali. carnis adiunctione. non cordis vnitate. Sunt enim lotis manibus. tamen in lotis operib⁹. cruenta conscientia addiuina accedunt sacrifitia. comedunt sine timore et sine reuerentia carnes agni qui presidet in celo. sicut carnes que venduntur in foro. Non sicut sacerdotes assistunt in altario. sed sicut carnifices in macello. Graue igitur pondus. graue est periculum istius honoris. Gradus quipe iste. gradus casualis est. gradus iudicialis est. nisi meritis illustretur dignitas vnctionis. nobilitate morum. exercitatione virtutum. et instantia bonorum operum. Fodite igitur. C. F. omnes in christo. fodite domesticos parietes. i. ponite corda vestra super vias vestras. Satagite quantum potestis. redimere cito in quibus offendistis. Dies eniꝫ domini sicut fur ita veniet. Sicut enim nihil certius morte. ita hora mortis nihil incertius. Satagite igitur quod vt dignum est sacre misse taꝫ opera ꝙ̄ cum signis signata et eiusdē ceremonialia christi passionem deuotissime figurantia. et ad pensandum inuigilate. Deo ꝑfecto erit ad gloriam. angelis ad leticiam. cunctis hominib⁹ odor ad vitam. vobis omnibus ad spūs et mētis suauitatem. huius cibi dignissimi dignā perceptionē. et tandem in patria coronā ꝑpetuā. In quo cristus et cristos suos exaudire dignetur ministrando auxilium gratie sue. Qui viuit et regnat per omnia secula seculorum Amen.

¶ Tractatulus de expositione misteriorū misse cristi passio=
nem deuote figurantium. Et de modo celebrādi. p religiosū
patrem Balthasar Collegij sancti Bernhardi prouisorem. sa=
creqꝫ theologie licenciatū. superioribus diebus sub forma vti=
lis repetitionis. almo in gymnasio liptzensi in vnum collectus
et declaratus. Jam iterum atqꝫ iterum per venerabilem virū
Magistrum Stephanum Gerhardi Regiomontanum repeti=
tus atqꝫ emendatus opera domini Baccalarij Martini Her=
bipolēsis impressus Feliciter finit ad laudē dei Anno rc. 1501.



J. de Lapide [1499] * Expositio missae [1501.]